2114
.5
v.2

Research
Library

PRESENTED TO THE *2114.5
Vol. 2.
Public Library of the City of Boston
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS.
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
By Joshua Bates, Esq.
Received Sept. 18. 1857 No. 28937

IVNTARVM
TYPOGRAPHIAE
ANNALES
PARS II.

IVNTARVM
TYPOGRAPHIAE
ANNALES

AB ANNO MCCCCXCVII. AD MDL.

EX QVA PLERIQVE

GRAECI, LATINI, TVSCI SCRIPTORES
AD FIDEM CODD. MSS. A CL. VIRIS
PRISTINAE INTEGRITATI RESTITVTI
IN LVCEM PRODIERE

OPERA ET STVDIO

ANG. MAR. BANDINI I. V. D.
Parisiensis, Neap. Flor. Academiae Socii, Biblioth. Laur. & Marucell. Regii Praefecti.

PARS II.

PUBLIC LIBRARY OF THE CITY OF BOSTON

LVCAE CIↃ. IↃ. CC. LXXXXI.

Typis Francisci Bonsignori)(*Cum Approbat.*

IVNTARVM TYPOGRAPHIAE ANNALES.

MCCCCXCVII.

Ζηνοβίȣ ἐπιτομὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν συντεθεισῶν καὶ στοιχεῖον.

Zenobii Epitome Proverbiorum Tarrhaei, & Didymi ſecundum ordinem alphabeti.

Impreſſum Florentiae impenſis ac cura Philippi de Zunta Florentini. Anno Domini M. ccccLXXXXVII. *In 4. min. ſine paginarum numeratione, qua carent primae* Iuntarum *editiones, ſed cum regiſtro in calce. Conſtat fol.* 65. *In Biblioth. mea Feſulana. Editio rariſſima, cuius exemplar extat in Magliabechiana, Oxoniae in Bodleyana, & in Regia Londinenſi.*

Ad Reverendum in Chriſto Dominum *Georgium Dathum* Canonicum Florentinum, ac Vicarium Epiſcopi Arretini digniſſimum *Benedicti Riccardini* Epiſtola:

Veteres, qui ſapientius philoſophati ſunt = præſertimque tu, litterarum, litteratorumque ſtudioſiſſimus, amantiſſimuſque, & nepotes tui, *Leonardus*, Abbatiae Decapoleonis Commendatarius, iuvenis quidem in litteris cum graecis, tum latinis adeo eruditus, ut vis quaedam ſupra hominem, in eum divi-

nitus videatur infuſa; & *Nicolaius* eius frater = quibus autem virtutibus ipſe non pollet? quid ingenio ſuo, vel acutius, vel foecundius? = &, ut cetera praeteream, quem illi anteponam, habeo neminem; quorum ſtudia in bonas artes, & amor in me maximus, & patrocinium, quo ſemper uſi eſtis in res noſtras, impulerunt tentare aliquid, quod poſſet vobis & utilitati eſſe & delectationi, ſoloſque mihi eos eligere quibus & hos, & omnes alios labores meos dedicarem. Scio equidem non eſſe hoc dignum, & eruditione & meritis in me veſtris; ſed novitas rei, imperitia artis (primum enim hoc opus imprimimus) fecit, ut imitaremur pictores bonos = ſic nos ex tanta librorum copia particulam hanc elegimus, ut in minoribus his experiremur, quantum poſſemus. Quod ſi fuerit huius operis is eventus, quem & optamus, & ſperamus, maiora audebimus in dies, decrevimuſque ex hoc, lepidiſſimas *Ariſtophanis* fabulas imprimere, ut per nos etiam Poëtice aliquid incrementi accipiat. Vale iterum, dulce meum decus. Ex Florentia nono Cal. Octobres Anno ab Incarnatione M. CCCC. LXXXXVII.

MD. Septembris XIX.

Ὀρφέως Ἀργοναυτικά.
Τοῦ αὐτοῦ ὕμνοι.
Πρόκλου λυκίου φιλοσόφου ὕμνοι.

Orphaei Argonautica.
Eiuſdem Hymni.
Procli Lycii Philoſophi Hymni.

Anno ab Incarnatione M. CCCCC. die. XIX. Septembris. Impreſſum Florentiae impenſa Philippi Iuntae Bibriopolae (ſic).

Si quos errores in hoc opere, Lector, invenies, qui properantes oculos noſtros ſubterfugerint, eos pro iudicio tuo emendabis. Vix fieri poteſt, ut non tales interveniant. 4. *Conſtat foliis* 51. *abſque ulla praefatione. Incipit abſolute ab* Orpheo, *qui implet folia* 48. Proclus 3. *Adponitur initio utriuſque Poëtae ornatus ligneus rubro colore. Litterae item initiales rubricatae ſunt, prout occurrunt in antiquis Codicibus. Exſtabat olim Florentiae in Bibliotheca Ducis* Salviati, *ubi hanc rariſſimam editionem videre mihi contigit. Illam autem poſſidet eruditiſſimus Marchio* Caeſar Luccheſinius *Lucae in ſua privata lectiſſima Bibliotheca. A quo exactiſſimam Libri recenſionem acceptam referimus.*

MDII. XVIII. Auguſti.

Il Libro delle Omelie di Sancto Gregorio Papa di diverſe Lectioni del Sancto Evangelio mandate a Fecondino Veſcovo.

Impreſſe in Firenze a dì XVIII. d'Agoſto. M. CCCCCII. 4. *maiori, binis columnis fol.* 92. *Licet nomen* Iuntae *typographi reticeatur, quam apertiſſime tamen conſtat, librum hunc iiſdem omnino rotundis characteribus eſſe impreſſum, quibus* Petri Criniti *libri de honeſta diſciplina Anno* MDIIII. *Kal. Dec. poſtmodum prodierunt.*

MDIII. VI. Kal. Februarii.

Hic erit, ut perhibent, doctorum corda virorum
Primus Romana Criſpus in hiſtoria.

Opus hoc impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Florentini Bibliopolae. Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo tertio, ſexto ca-

lendas Februarias, Petro Soterino Vexillifero foeliciſſimo. 8. *Numeratione carent paginae, ſed conſtat foliis* 80. *In Feſul.*

Praecurrunt haec, quae ſequuntur.

I. *Vgolini Martelli* Canonici Florentini Ode. *Inc.* Mercuri clarum genus, & decentis &c.

II. *Benedictus Philologus* Florentinus *Antonio Caniſiano* Militi Hieroſolymitano ſuo S.

Ariſtoteles naturae interpres ſagaciſſimus de virtute in Ethicis ſic ſcriptum reliquit = Virtus *Caniſianam* Familiam, mi *Antoni*, viribus firmavit, auctoritate muniit, dignitate auxit, & opibus, atque immortalibus honoribus honeſtavit. Nam *Paulum* ſecundum, Pont. Max. *Ioannem* avum, & *Carolum* quartum Francorum Regem, patruum tuum *Antonium*, equeſtri dignitate inſignire impulit. Nonne haec patrem tuum *Matthaeum* omnibus Reipublicae Florentinae dignitatibus decoravit? Haec *Iacobum*, haec *Nicolaum*, affines tuos, Hieroſolymitanos milites effecit. Te quoque amicis iocundum, charum civibus, omnibus gratioſum, & amabilem, in quo patris ingenium, patrui virtus, avi probitas & prudentia reviviſcit, huic adſcripſit militiae = Patrocinaris, ac foves litteratos, ſtudioſorumque commercio delectaris, eoſque apud te ſemper habes = Nihil enim omittis earum rerum, quae tibi, quae tuis, quae familiae eſſe poſſunt ornamento; unde ni tuo nomini, hoc *Salluſtianum* Enchiridion dicaſſem (exutum quicquid fuerat aliorum incuria inſertum) merito ingratitudinis nota (contra quam Athenienſes actionem conſtituerunt) accuſari potuiſſem; a quo vitio, etſi a natura ſemper abhorruerim, tamen *Antonii* (*Francini Varchienſis*) praeceptoris tui candidiſſimae eloquentiae, & *Iacobi Syllani* limatiſ-

ſimi iudicii, & doctrinae eruditiſſimae, frequentes admonitiones, magis ac magis alienum reddiderunt. Praeterea non tu me, benignitate & manſuetudine tua, dignum exiſtimaſti? & eodem numero, & loco ſum apud te quo *Nicolaus Angelius Bucinenſis* ſemper extitit; homo litteris graecis, ac latinis iuxta, ac doctiſſime eruditus? quibus rebus ab humanitate alienus cenſerer, ni omnibus oſtendiſſem, me tibi debere omnia. = Vale laborum meorum dulce lenimen, mihi cumque ſalve rite vocanti.

Tum ſequitur: Petri Bargetani Epigramma, in quo laudatur *Petrus Crinitus*, qui *Salluſti* vitam litteris conſignavit, & *Gerardi Bartholini* Hendecaſyllabon, in quo eiuſdem *Criniti*, & *Benedicti Philologi* labores in reſtituendo *Salluſtio* enarrantur.

MDIII. Non. Auguſti.

Catullus, Propertius, Tibullus.

Catullus, Propertius, Tibullus, olim magna ex parte emendati per Aldum Manutium Romanum Virum doctiſſimum, nunc recogniti per Benedictum Philologum Florentinum.

Florentiae impreſſi opera, & impenſa Philippi Bibliopolae Giuntae F. Florentini. Anno Salutis M. D. III. Nonis Auguſtas (ſic) Petro Soterino Vexillifero foeliciſſimo. 8. *fol.* 152. *In Biblioth. Public. Marucelliana.*

Benedictus Philologus Florentinus litterato iuveni *Bonacurſio Pepio* Excellentiſs. V. Doc. *Franciſci* filio S.

En tibi, mi *Bonacurſi*, C. *Valerii Catulli*, *Propertii*, & *Tibulli* labores herculeos, gordiano iu-

go inexplicabiliores, muneri mittimus, quos, non minus docte, quam diligenter, ac laborioſe quintum abhinc menſem *Aldus Manutius* Romanus recognovit, & recognitos ſuis typis imprimendos curavit, ad communem ſtudioſorum utilitatem = inſeruimus & his Poëtis, eorum vitas per *Petrum Crinitum*, graece, & latine apprime doctum compoſitas, ſcientes tibi iuveni litterato, ceteriſque ſtudioſis, plurimum placituras. De quo in praeſentia parcius; nam praedicatione noſtra non indiget, ſatis enim doctiſſimis lucubrationibus ſuis clarus futurus eſt, quas brevi publicare eſt animus = Vale, *Benedictumque* tuum perinde ac ſoles, ama.

MDIII. V. Non. Octobris.

Horatius.

Impreſſum hoc opus Florentiae, impenſa Philippi Bibliopolae, Anno ſalutis milleſimo quingenteſimo tertio, quinto nonas Octobris, Petro Soterino Vexillifero foeliciſſimo. 8. *fol.* 153. *In Feſul.*

Benedictus Philologus Florentinus, docto Iuveni *Philippo Nerlio* S.

Meus in te amor, humanitas, praeclarum ingenium tuum, quo mirifice adficior, impulerunt, *Philippe*, ut tibi politioris litteraturae, has *Horatii* lucubrationes, omnium genere doctrinarum refertas, & per nos modo recognitas, nominatim dicarem = Itaque hunc, atque alios doctrinarum adſertores, non tantum hortor ut legas & imiteris; ſed rogo & obteſtor, ut & tu gloria, & nos tui amantiſſimi doctrina tua, frui poſſimus, quod ipſum & *Petrus Crinitus* noſtri ſtudioſus, honeſto

ſuffragio comprobat. Ceterum nos amore incredibili erga ſtudioſos Adoleſcentulos incitatos, undeviginti metrorum genera ab *Horatio* decantata (quorum rationes in tertio libro a *Diomede* referuntur) compendioſa diligentia huic recognitioni addidiſſe, ne praetermitteretur quod utile illis, & gratum tibi futurum ſcio. Vale dulce meum decus.

MDIII. XII. Kal. Dec.

Valerius Flaccus.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Bibliopolae Anno a Nativitate. MCCCCCIII. duodecimo Calendas Decembris 8. *fol.* 100. *In Biblioth.* Marucell. *Florentiae*.

In averſa prima pagina, quae titulum excipit, legitur.

Petri Bargetani in huiuſce Operis recognitionis laudem Epigramma.

Palladis & magnae quondam *Iunonis* alumnos,
  Auſa per immenſum ducere prima ſalum,
Torpueram multos, *Argo* carioſa, per annos,
  Contempta heu paſſim muneris arte mei;
Fontius & geminae *Benedictus* gloria linguae,
  Verus Apollinea *Phoebus* uterque lyra,
Adflati pariter divino *Palladis* igne,
  In veterem laceram reſtituere locum &c.
Cura *Michelotti* de me ſuſcepta parentis,
  Praeſtabit docto pectore Tyndaridas &c.

Benedictus Philologus Florentinus *Bernardo Michelottio* Canonico Florentino S.

Maximum fuiſſe ſtudium ſcientiae adquirendae maioribus, nullus eſt qui neſciat = Tranſeo *Platonem*, *Ariſtotelem*, *Anaxagoram*, *Democritum*, alioſque innumerabiles Philoſophos, qui ſcientiae cu-

pidi, totum Orbem quam ardentiſſime perluſtrarunt, inter quos tibi, *Bernarde Michelotti*, Caeſarei Iuris & Pontificii conſultiſſimo, & graece, & latine impenſe erudito, tuae erunt praemia laudis. Nec indulgeo amori in te meo, nec tuo iudicio blandior; nota cunctis, & teſtata loquor. Sextum abhinc annum, nobiliſſimas Europae, atque Aſiae Vrbes, omniſque noſtri maris inſulas, peninſulaſque ſtudio indefeſſo penetraſti, ut Atticam eloquentiam, & omnes pene Graecôrum libros, in quibus eruditio ampla, & recondita contineretur, a barbarica compede revocares, revocatique Florentiam ad tuam & ſtudioſorum utilitatem deportarentur, quibus rebus, quantum excellas, litteratorum eſt iudicium, qui ubique locorum, ubique gentium, te illum eſſe praedicant, quem Graecae & Romanae litterae inſtauratorem ſibi pollicentur = Qui Liber (ſcilicet *Valerius Flaccus*) antea maioribus & pluribus, non dico mendis, ſed portentis, ac monſtris ſcatebat, quibus tollendis unus *Hercules* ſatis fuit *Bartholomaeus Fontius*, varia linguarum litteratura munitus, atque inſtructus, cui ingens gratia habenda eſt, quum in adoleſcentia in eo corrigendo plurimum laborаverit; modo enim ſaniori per aetatem conſilio, doctiſſima interpretatione hunc candidiſſimum Poetam, ab iniuria audacis inſcitiae vindicavit, ſalebroſa levigans, obſcura illuſtrans, maculoſa emaculans; quam elegantem, & eruditam interpretationem, una cum aliis eius lucubratiſſimis Operibus publicare iam accincti ſumus = Vale, *Benedictumque* tuae doctrinae ſtudioſum, perinde ac ſoles, ama.

MDIII.

Sonecti. Capituli. Canzone. Sextine. Stanze. & Strambocti. compoſti. per lo excellentiſſimo. Franceſcho Cei. Ciptadino. Fiorentino. in laude. di Clitia.

Impreſſo in Firenze per Philippo di Giunta Cartolaio Ciptadino Fiorentino. Anno ab incarnatione Chriſti. M. ccccc. III. ſit laus Deo. 8. *Conſtat fol. a me numeratis* 62. *In mea ad Feſul. Biblioth.*

Praecedit Epiſtola nuncupatoria, cui titulus:

Iohannes. Monachus. Dominico. Caniſiano. S.

Benchè non mi ſia occulto, *Domenico* mio ſuaviſſimo, te aver lecto molti Sonecti, & Canzone di vari & moderni compoſitori, cognoſco nientedimeno la maggior parte di epſi non avere adempiuto el deſiderio tuo; sì per eſſere nutriti in altra lingua, che Toſcana, sì per avere in ampliſſimi principi inſerto coſe puerili, non obſervando la qualità dello ſtilo, & detraendo alla dignità della materia. Onde sforzandoſi con frivoli & deboli fondamenti acquiſtare laude, ſono ſtati cagione di eterno vituperio, nocendo ad ſe medeſimi, & generando faſtidio a coloro, che ſono di più elevato ingegno; & più laudato conſiglio ſuto ſarebbe, ſe mai tale aride & feſtinate compoſitioni in tanta avidità non aveſſino mandate a luce. Ma avendo nuovamente *Franceſco Cei*, uomo certo eruditiſſimo, una rara & nuova ragione di cibo con mirabile arte compoſto, la quale pervenuta alle mane mia m' è paruto coſa conveniente mandarla ad te, come a quello, che di perfecto guſto, facilmente compren-

de le differenze dei ſapori; & acciocchè qualchevolta, ſciolto dai penſieri poſſi, ſecondo l'animo tuo, pigliare aſſai più grato & dilectevole piacere, maravigliandoti intanto della virtù e forza dei ſua verſi, nei quali da ogni ſano intellecto ſi cognoſce eſſere obſervato quello che comunemente ſi deſidera, cioè epſi laſciare uno ſecreto iudicio nell'animo dei lectori, non altrimenti, che quando uno, con movimento d'occhi, o di ciglia, parlando, accenna quello che vuole. Ricevegli adunque benignamente, e tegli appreſſo di te, come perpetua memoria dell' amor noſtro. Vale.

Subiungitur tabula exhibens initia Carminum.

MDIV. X. Martii.

Le coſe volgari di Meſſer Franceſco Petrarcha.

Impreſſo in Firenze a petitione di Philippo di Giunta Cartolaio nel Anno Mille D. IIII. a dì X. di Marzo & nuovamente riveduto 8. *Conſtat fol.* 185. *In Biblioth. Dominicanorum Venetiis, quae fuit Cl.* Apoſtoli Zeni, *vulgo dicta* alle Zattere. *In averſa primae paginae parte, quae titulum excipit legitur*: Sonetti & Canzoni di Meſser *Franceſco Petrarca* in Vita di Madonna *Laura*.

Eſſendo ritornato nella ſua Patria lo excellentiſſimo Poeta Meſſer *Franceſco Petrarca*, huomo preſtantiſſimo, & quaſi iure poſtliminii rallegrandoſi di quella con li amici, & benevoli, fra li altri di ſuo honore & fama cupidi & zelanti, ſi è degnato li ſtorpi ſuoi & ferite in aliene regioni ricevute, & dalli impreſſori, & da altri humanamente moſtrarmi, perſuadendoſi in brieve per le mie mani eſſere reſtituito alla propria ſa-

nitade, & dimenticarſi ogni ineptia, & foreſtieri parlari; & acceptando io aſſai lietamente tale opera, & cura, per la ſua confidentia, & per lo amore, el quale ſempre exceſſivo li portai, mi ſono sforzato iuſta il mio tenue ingegno, dalle occulte ſue & apparenti piaghe, sì, & in tale modo liberarlo, che oltre che lieto & ſano poſſa ire liberamente per tutto, conoſca etiam quanto li ſia valuta la ſua confidentia, & la cura de li amici & benevoli, reprimendo in parte l'audacia di alcuno troppo animoſo fuori di ſua provencia, contentiſſimo nientedimeno, quando ſi trovi, chi a mia emulatione in ſua dilucida & ſalubre cura, a ſua laude & gloria di lungo mi ſuperi & avanzi. Vale Lector *Fr. Alph.* Flor. (1)

MDIV. XV. Kal. Octobris.

Eclogae

Vergilii.	Franciſci Pe.
Calphurnii.	Ioannis Boc.
Nemeſiani.	Ioan. Bap. Man.

Pomponii Gaurici.

Impreſſum hoc opus Florentiae opera & impenſa Philippi de Giunta Bibliopolae Florentini. Anno ſalutis . Mille. CCCCC. IIII. Decimoquinto Calendas Octobris. 8. *Conſtat foliis a me numeratis* 159. *In Biblioth. publ.* Marucell.

Benedictus Philologus Florentinus *Ioanni Baptiſtae Naſio*. S.

---

(1) In hoc *Franciſco Alpherio* exſtincta fuit *Alpheriorum* Familia, ut ex *Petri Monaldi* Prioriſta eruitur.

Quum nuper *Vergilii*, & *Calphurnii* Eclogas, atque complures alias doctorum virorum collegiſſem, & eas more noſtro curaſſem limatius, atque caſtigatius excudi formis, operae pretium facturum me exiſtimavi, ſi quem ex omni iuventute Florentina invenirem; cui haec paſtoricia oblectamenta merito inſcriberentur. Itaque quum ad hoc toto animo incumberem, te unum praecipue, *Ioannes Baptiſta* delegi, latinae elegantiae ſtudioſum, qui quantum foeliciſſima fortuna, ac corporis bonis, ceteris praeſtas, tantum praeclaris animi tui dotibus longe alios excellis. Tibi genus nobiliſſimum eſt, neque paternis tantum Reipublicae muneribus auctum, ſed ampliſſimis honoribus honeſtatum = ſupereſt, mi *Ioannes Baptiſta*, ut has Eclogas praeſtanti illa vultus tui hilaritate comiter, benigneque excipias, qui tantus es, ut qui te non amat, iudicio & exiſtimatione omnium plurimum ſibi deroget; & quidquid tibi vel ſtudiorum ſedulitas, vel amicorum negotia tribuent otii, id omne ad eas lectitandas, tecumque recolendas potiſſimum conferes; quod ipſum te facturum & noſter *Crinitus* monere me non deſtitit, vir unus, (quantum equidem iudicio meo conſequor, non modo in ornandis, probandiſque amicis officioſus, ſed in veterum quoque diſciplinis egregie inſtitutus) cuius eruditae lucubrationes de honeſta diſciplina, in officina noſtra propemodum excuſae, in communem ſtudioſorum utilitatem feliciter prodibunt, non moraturae vitiligatorum linguas, livoris cote acuminatas. Vale ſpecimen bonarum diſciplinarum, & has etiam praeludentes eclogas cum ſilva lepidiſſima, poſt excuſum Opus, & ad coronidem perductum, ab utrique noſtrum coniunctiſſimo dono miſſas, inter alias adnumeres velim. Vale.

MDIV. Kal. Decembris.

Petri Criniti de Honeſta Diſciplina.

Florentiae impreſſum eſt hoc Opus Petri Criniti opera & impenſa Philippi de Giunta Bibliopolae Florentini. Anno ſalutis .M.D.IIII. Calendis Decembris. 4. *maiori fol.* 136. *In Biblioth.* Marucell. *Tum ſequitur*: *Petri Criniti* Commentariorum de Honeſta Diſciplina ad *Bernardinum Caraffam* Neapolitanum Pont. Antiochenſem Praefatio. *Inc.* Egregie factum eſt & prudenter. *Deſ.* Tu interim velim laeto animo capias hoc noſtrum munus, ita enim licebit pro veteri officio diligentiam noſtram probare, & amicitiam inter nos firmiorem, atque integriorem conſtituere. Vale, & noſtra haec ſtudia *Oliverio Caraffae* Card. Neapolitano, patruo tuo V. Amplifs. commendabis. Florentiae Nonis Iuniis. M. D. IIII.

Adiicitur index Librorum & Capitum Commentarii de Honeſta Diſciplina, quo abſoluto occurrit Epiſtola omiſſa in poſterioribus editionibus, ita inſcripta.

Benedictus Philologus Florentinus *Scipioni Carteromacho* Suo S.

Debentur tibi iure optimo, *Scipio Carteromache*, Commentarii *Petri Criniti* de Honeſta Diſciplina, quos nuper imprimendos curavimus; neque ob id tantum, ut veterem amicitiam ac ſtudium teſtentur, quamquam id etiam, ſed ut facilius cognoſcas, nihil me avidius cupere, aut libentius abs te exigere, quam labores tuos, & elegantia, & multiplici rerum cognitione refertos, qui iam non ſplendeſcunt lima, ut eſt auctor optimus *Petrus Candidus*, vir graece & latine impenſe doctus, ſed non ſine Romanae linguae iniuria atteruntur.

Patere igitur *Philologum* tuum eos videre, perlegere, formis excudere, quum aequum ſit, ut *Plinii* utar verbis, nos in amore tuo tam mutuo, eamdem percipere ex lucubrationibus tuis voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Notum eſt omnibus quantum eruditio tua in Veneta Academia a viris doctioribus celebretur, qui te Poëtam & Oratorem maximum, nec non inter philoſophos eloquentiſſimum, & inter eloquentes, ut dicam graece, φιλοσοφώτατον appellant. Non eſt hoc ſilentio praetereundum, te publice in eadem urbe celeberrima annis ſuperioribus tanto omnium concurſu & favore graecas litteras profeſſum, & ea haud veritum interpretari, quae in hunc uſque diem aut pauci admodum, aut nullus aggredi eſt auſus. Quibus rationibus mittuntur ad te *Criniti* noſtri vigiliae, in quibus variam multiplicemque rerum cognitionem invenies, quae legentium animos, & invitare poteſt, & copioſe inſtruere. Teſtis ego ſum, quantis ille laboribus, quanta diligentia in bonis litteris hactenus deſudarit, ut qui nihil potius, aut antiquius tota vita habuerit, quam id aliquando conſequi, ut omnem prorſus antiquitatem ſtudioſe perlegeret, & diligentiſſime obſervaret. Sed hoc totum melius ex eius Commentariis intelliges, de quibus tecum ſaepe egit, quam ex praeſenti Epiſtola. Vale, & brevi eiuſdem haec omnia, quae inferius notabuntur exſpecta.

Epiſtolicarum Reſponſionum. Libri xx.
De Grammaticis Latinis.)
De Poëtis.) Libri xv.
De Oratoribus & Hiſtoricis.)
Promiſcuarum Quaeſtionum. Libri x.
Parthenicorum Sermonum, & Poëmatum. Libri III.

MDIV. VIII. Kal. Ianuar.

Pomponii Gaurici Neapolitani de Sculptura, ubi agitur de Symetriis, de Lineamentis, de Phyſiognonomia, de Perſpectiva, de Chimice, de Ectypoſi, de Caelatura, eiuſque ſpeciebus.

Praeterea de ceteris ſpeciebus Statuariae, de Plaſtice, de Proplaſtice, de Paradigmatice, de Tomice, de Colaptice, de claris Sculptoribus, ac plerifque aliis rebus ſcitu digniſſimis.

Florentiae VIII. Cal. Ianuar. M. D. IIII. 8. *fol.* 46. *In Biblioth. Publica Magliabec. & in Feſulano meo.*

In averſa pagina, quae relatum titulum offert, legitur Epiſtola ita inſcripta.

M. Antonius Placidus Laurentio Strozzae Florentino S. S.

Quum ad noſtras manus perveniſſet hic *Pomponii Gaurici* de Sculptura non iam libellus, ſed qualem *Domitius Piſo* oportere eſſe aiebat, theſaurus, quod & ipſe Romanae Vrbis inſtaurator *Bernardus Oricellarius*, Socer tuus iudicavit, exiſtimavi non parvam apud omnes homines aliquando me gratiam promeriturum, ſi per me communis omnibus in publico locaretur = patronum ego ei te dedi, ſcilicet quem maxime is optare videbatur, uti, Regia domo ceteros in toto terrarum Orbe mortales antecellentem, ita & ceteros in hac tua florentiſſima Vrbe iuvenes, & morum & ingenii nobilitate praeſtantem. Nam quid, rogo, potuit fieri convenientius, quam elegantiſſimus libellus iuveni dicaretur elegantiſſimo, quam nova ars, ipſis addita liberalibus octava, novam adiret domum, & quae quaſi octavum haberetur in mun-

do miraculum, decoratam ſtatuis, decoratam & picturis? Tu igitur munus hoc noſtrum patrocinio tuo complectere, & quod te facturum ſcio, ne de tuis, ne de *Philippi* fratris tui optimarum litterarum ſtudioſiſſimi manibus umquam temere cadat; nam praeterquamquod haec ſaepius legendo, latinam linguam, quod ego in me expertus ſum, efficietis exornatiorem, & veſtram pulcritudinem relegetis, & vehementius multo veſtri Palatii ornamenta diligetis. Vale.

Tum ſequitur Epiſtola: Pomponii Gaurici Neapolitani de Sculptura ad Divum Herculem Ferrariae Principem.

Adiiciuntur in fine: Pomponii Gaurici Ecglogae duae, *quae occupant pag. 6. quarum prima inſcribitur:* Ἐρωτικὴ διαλλήλως, *altera:* Ἐρωτικὴ ἁπλῶς, *quae etiam adferuntur in collectione Ecglogarum* Virgilii, Calphurni &c. *de quibus infra.*

Xenophontis Paedia, de Venatione, de Repub. Laced. de Ageſil. laudibus, Apologia pro Socrate, de Tyrannide. Pomponius Gauricus Neapolitan. de Sculptura. 8. *Ita hanc editionem, quam numquam vidi indicat* Mattairius *Annal. Typograph. Tom. II. pag.* 168. *ſub eodem anno, ſed erant fortaſſe duo Opuſcula editionis omnino diverſae in unum compacta, quarum unum* Pomponii Gaurici *complectebatur Opuſculum a* Iunta *impreſſum, quod mox retulimus.*

MDV. Kal. Februar.

Petri Criniti de Poëtis Latinis.

Impreſſum Florentiae per Philippum Iuntam Kalen. Februariis. M. D. V. 4. *maiori fol.* 48.

In

In Biblioth. Aloyſ. Tramontani *I. C. Florentini, bonarum litterarum, & omnigenae eruditionis ſtudioſiſſimi. Praecurrit eadem Epiſtola nuncupatoria ad* Coſmum Paccium *Pont. Arretinum, in qua Auctor Operis ſui rationem reddit, quae in omnibus Operum* Criniti *editionibus occurrit.*

MDV. XIV. Iulii.

Gli Aſolani di Meſſer Pietro Bembo.

Impreſſo in Firenze a dì XIIII. di Luglio. M. D. V. opera & ſumptu di Philippo di Giunta Fiorentino. Regnante lo illuſtriſſimo Gonfaloniere perpetuo Piero Soderini. 8. *fol.* 109. *In Feſul. Praecurrit ut in aliis editionibus Epiſtola Petri Bembi A* Madonna *Lucrezia Eſtenſe Borgia* Ducheſſa illuſtriſſima di Ferrara.

MDV. VI. Id. Auguſti.

Terentianae Comoediae in ſua metra iterum reſtitutae & recognitae quam accuratiſs. cum iis inſuper, quae de Comoedia & metris Comicis preſſius dici poſſunt.

Sex hae recognitae Terentianae fabulae Florentiae ſunt feliciter excuſae, ſtudio & impenſis Philippi de Giunta Florentini, Anno a Nativitate Chriſti milleſimo quingenteſimo quinto, ſexto idus Auguſti. 8. *maiori. Conſtat foliis a me numeratis* 119. *Proleg.* 12. *In Feſul. In prima averſa pagina legitur: Petri Bargetani* ad *Terentium* pro ſua recognitione Endecaſyllabon, *ubi haec ſunt notanda.*

O noſter ſcythicis diu catenis
Inter ſarmaticos canes, lupoſque,
Vinctus compede barbara, feroque
Clauſus carcere, liber huc refugi.
Docta vulneribus manu levatis,
Antiquum reparatus in decorem,
Summa *Politiani* ope, arte, cura,
Phebaeo *Benedicti* amore pleni.
Greſſum pierio levante plectro.

Benedicti Philologi Florentini Praefatio ſuper *P. Terentii* Comoediis ad *Petrum Crinitum*.

Quantum laboris atque diligentiae poſuerim in recognoſcendis, & in metra legitima reſtituendis *Terentii* fabulis, etſi permulti quidem ſunt, qui hoc ipſum teſtari facile poſſunt, tu tamen pro iudicio tuo, ſingularique eruditione, in omni antiquitate exploranda exactiſſimus cenſor futurus es, quo nomine viſum mihi eſt dicare tibi ipſi has noſtras elucubratas vigilias. Neque te praeterit, quantum etiam in hac parte manibus *Angeli Politiani* debeatur, qui primus, ut homo accuratiſſimus in perveſtigandis veterum monumentis, haſce *Terentii* fabulas emendare aggreſſus eſt, & in ſuos numeros aptiſſime referre, collatis, ac perlectis vetuſtis exemplaribus. Ego autem ſpero me conſequutum hac noſtra diligentia, ut ipſe quoque auctor *Terentius* magnopere laetetur tali recognitione, ſimulque exiſtimet ſe ereptum per labores noſtros ab iniuria imperitorum, qui eum ſcriptorem (abnegatis in eius Comoediis metris) faede atque improbe depravarunt, qui merito habetur omnium eruditorum conſenſu, latini ſermonis auctor, & antiquae elegantiae princeps. Ad-

iecimus his fabulis nonnulla *Hephaeſtionis*, *Terentiani*, *Donati*, *Rufini*, *Diomedis*, *Priſciani* de Comoedia, & metris comicis ſcitu neceſſaria, quo facilius omnis ratio colligeretur in obſervandis atque percipiendis fabulis, & his verſibus, qui apud veteres Comicos comperiuntur. Illud quoque minime praetereundum eſt, quod ea Fabularum argumenta, quae ſub nomine *Terentii* vulgo leguntur, ad *Sulpicium Apollinarem* rettulimus, qui temporibus *Hadriani* principis inter nobiliores Grammaticos Romae excelluiſſe traditur, quod ipſum effeci, adductus vetuſtate Codicum, qui cum alibi, tum Venetiis habentur. Sed haec ſatis pro tempore. Tu interim, mi *Crinite*, habe tibi has *Terentii* Comoedias noſtra opera & ſtudio diligentiſſime emendatas, perpetuum quidem teſtimonium noſtrae erga te benevolentiae, eaſque velim reponas in tua illa nobili atque inſtructiſſima Bibliotheca, omnium auctorum, atque bonarum diſciplinarum referta. Vale, & maiora, quum licebit, a nobis exſpectato. *Tum ſequitur Tractatus de Comoedia, de Comoediarum, Satyrarum, ac Tragoediarum ſerie, & principio, de triplici Comoediarum differentia, de metris &c. ac tandem* Terentii *vita ex libro primo Petri Criniti de Poëtis Latinis*.

MDVI. III. Non. Aprilis.

Senecae Tragoediae.

Hoc Opus Tragoediarum impreſſum eſt Florentiae ſtudio & impenſa Philippi de Giunta Florentini, Anno a Nativitate Chriſti Milleſimo quingenteſimo ſexto, tertio Nonas Aprilis. 8. *fol.* 222. *In Feſul.*

Benedicti Philologi Florentini Praefatio ſuper *L. Anneae Senecae* Tragoediis ad *Dominicum Beninvenium*, Divi *Laurentii* Canonicum.

Niſi gratias agerem tibi, Vir optime, quum referendi nulla ſe nobis pro magnitudine tua facultas offerat, profecto non tam ingratus, & incivilis, quam inhumanus, & impius cenſendus eſſem; quum tu urbis noſtrae deliciae, nos, contra animi tui ſententiam, & diu in humanioribus his ſtudiis verſatos, tua illa propenſa in omnes bonitate, & ſingulari doctrina, ad ſacrarum litterarum cognitionem induxeris = has *Senecae* Tragoedias = tuo nomini nuncupavimus, dignas profecto, quae *Benevenio* nominatim dicentur, cui uni omnes ſacrarum litterarum amatores multum debere exiſtimo. Nam dialecticam & philoſophiam ſic tenes, ut ea defendas acriter quaeſtiones propoſitas, & impugnes vehementer. De priſcis Eccleſiae Doctoribus, deque neotericis Theologis tantum iudicium apud te reſidet, ut ſi quis extempore abſtruſam illorum cuiuſpiam quaeſtionem enucleandam petat, eam tanti ingenii tui felicitate enodem reddis, ut magnum ſit, quod ille de te ſibi polliceator. Taceo volumina elaborata, quae ad bene beateque vivendum pertinentia publicaſti. Tuum praeterea illud Opus, iam ad coronidem perductum, quod *Lucerna Religioſorum* inſcribitur, ita amplector, & admiror, ut commendare non deſinam; quod adeo cupide vidimus & legimus = ſunt adhuc in manibus in ſacros omnes Eccleſiae hymnos Commentaria, quae (etſi ſcio me non eſſe in hoc albo, nec eum, qui huc aſcendam, id eſt ad iudicium rerum tuarum) non ſunt tua, naturae ſunt, Dei ſunt = Vale laborum meorum dulce levamen.

Inde ſequitur eiuſdem B. Philologi *Libellus, in quo agitur*. I. De Tragoedia. II. De partibus Tragoediae. III. Ex Libro III. Petri Criniti de Poëtis Latinis, Vita Senecae. *Praemittuntur ſingulis Tragoediis argumenta ab ipſomet Philologo elaborata.*

MDVI. XX. Auguſti.

Commedia di Dante inſieme con uno Dialogo circa el ſito, forma, & miſure dello Inferno.

Impreſſo in Firenze per opera & ſpeſa di Philippo di Giunta Fiorentino gli anni della ſalutifera Incarnatione M. D. VI. a dì XX. d' Agoſto. 8. *Conſtat. f.* 312. *In Feſul. Praecurrit*: Cantico di *Hyeronimo Benivieni* Cittadino Fiorentino in laude dello excellentiſſimo Poeta *Dante Alighieri*, & della ſequente Commedia da lui divinamente compoſta. *Inc.* Già Febo a reparar le ardente rote &c. *Inde tabula occurrit in ligno eleganter inciſa, quae* Dantem *exhibet in ſilva errantem, cui obviam tres belluae ſe ſe offerunt. In fine ſubſequitur Dialogus, qui etiam ſeparatim excuſus legitur, cui praeeſt*: Prefatione di *Hyeronimo Benivieni* Cittadino Fiorentino in el ſeguente Dialogo di *Antonio Manetti* ad *Benedetto* ſuo fratello.

MDVII. VIII. Kal. Octobr.

Antonii Benivenii de abditis nonnullis ac mirandis morborum & ſanationum cauſis liber.

Impreſſum Florentiae Anno ab Incarnatione Dominica. M. CCCCC. VII. Octavo Kalendas Octobris opera & impenſa Philippi Giuntae Florentini 4. *Librum memorat Salvinus Salvinius in additionib. MSS. ad* Nigri *Hiſtoriam de Florent. Scriptor. Hunc au-*

tem librum videre numquam potuimus, ſed illum recuſum Baſileae per Andream Cratander Anno MDXXIX. 8. *prae manibus habemus. Premittitur ſequens Epiſtola: Hieronymus Benivenius Ioanni Roſato,* Medico ac Philoſopho S.

Quum poſt inſperatam amantiſſimi fratris mortem = eius per quam ſane honeſtam, & omni doctrinarum genere locupletem Bibliothecam evolverem, incidi in pleraque eius ingenii monumenta, quae ille, ut erat vir doctrina, & aetate provectior, ac multarum rerum uſu, & experientia pollens cudebat quotidie. Lectitanti igitur ea mihi, ac ſaepius ob memoriam illius revolventi, obtulit ſeſe interea libellus quidam, in quo vir ſummo & ſtudio & diligentia praeditus, quaecumque trigeſimum ſupra ſecundum iam annum medenti illi admiratione digna occurrerant, & ex quorum cognitu uſus aliquis poſſet exiſtere, ſtudioſiſſime, prout quaeque acciderant, ſcriptitabat = Cetera, quae de reliquis medicinae partibus paullo accuratius ſcribebat, non mihi viſa ſunt ita maturuiſſe, quae in publicum veniant = Vale.

Tum ſequitur reſponſum, tali iſcriptum titulo: Ioannes Roſatus Medicus & Philoſophus *Hieron. Benivenio* S.

Legi amantiſſimi fratris tui libellum de abditis nonnullis, ac mirandis morborum & ſanationum cauſis, opus varium, elegans, eruditum, &, ut uno me verbo expediam, dignum tanto viro = Reliquum eſt, ut nunc tandem per te liber ipſe prodeat in publicum; ne, ſi domi contineatur diutius, magni criminis reus fias. Vale. *Multas hiſtorias adfert lectu dignas, quas inter Cap.* LXII. *narrat ſe horrore flammae in febrim incidiſſe his verbis:* In Appiani Baſilica, quum adhuc eſſem admodum

iuvenis una cum *Peregrino Allio*, litteris graecis operam dabam ſub *Franciſco Caſtilionenſi* religioſo viro. Ubi quum ſemel e cubili ſummo diluculo conſurgens aedem ipſam ingrederer, vixque limen tranſiliſſem, ecce video flammas ab imo pavimento iterum atque iterum ſurſum ferri: horreſco &c.

MDVII. Menſe Decembris.

Boëthius de Philoſophica conſolatione.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Bibliopolae Florentini, anno ſalutis . M. D. VII. Menſe Decembris. 8. *pag.* 64. *In Feſul.*

Nicolaus Creſcius Florentinus Monachus Ciſtercienſis *Antonio Lanfredino* Florentino Civi illuſtri. S.

Multa quidem ſunt, *Antoni Lanfredine* = Id igitur opus noſtra cura, ac diligentia, qualecumque eſt, emendatum, tibi, *Lanfredine*, Vir ornatiſſime, nuncupamus, = ut tuo patrocinio in enchiridii typum adſtrictum, honeſtius, ac tutius in vulgus exiret; ut facile iudicari poſſit, quantum inter priorem illum, & hunc noſtrum librum interſit. Quod ſi tu probaveris, ſatis a me omnibus factum eſſe iudicabo. Vale.

MDVII. Menſe Decembris.

Quintus Curtius.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa *Philippi Giuntae* Bibliopolae Florentini anno ſalutis. M. D. VII. Menſe Decembri 8. *fol.* 164. *In Feſul. In averſa pagina, quae relatum titulum exhibet legitur: Petri Bargetani* ſuper *Q. Curtii* recognitione Endecaſyllabon.

Qui Regem Macedum domi, foriſque &c.
Per deſerta diu vagus gemenſque,
Impurus, lacer, horridus, pudendus,
Quavis parte, caput, manus, pedeſque
Curtus, *Curtius* egit tenebris;
Nunc autem *Robiae* manu Minervae
(Qua docti duce plurimi reſurgunt)
Poſt poſtliminium, ſereniorem
In lucem revocatus &c.

Tum ſequitur Epiſtola ita inſcripta:

Lucas Robia Alexandro Acciaiolo S.

Non te latet, optime *Alexander* = *Perſequitur hiſtoriae laudes, & ad* Curtium *accedens ſubiungit, quod ipſe*, ſive incuria, ſive infortunio, non modo plurimis mendis = ulceroſus, ſed quod multo gravius eſt, truncus & mutilus, tum capite, tum bonis aliis corporis membris ad nos pervenit; atque ita male acceptus, ut de ſalute eius utique deſperandum sit = Tanti ergo auctoris caſum miſeratus ſum, ſed quid miſero, ac tot tantiſque vulneribus confecto, cuius ſaluti ne Epidaurius quidem *Aeſculapius* ille ſufficeret, praeter lacrymas praeſtare poſſem? qui iuvenis ſim, vixque in litteris tyrocinii mei tempus exegerim, maiorum certe & doctorum eſt, tot flagitiis afferre remedia. Quod itaque per me ipſe non potui, *Angeli Angenii*, viri doctiſſimi diligentia & induſtria adiutus, aggreſſus ſum, ut favente Deo, quantum coniectare lectionis veritatem licuerit, *Curtium* correxerim, imprimendumque curaverim = Tibi autem, *Alexander* chariſſime, typis nuper excuſum libuit *Q. Curtium* dedicare, cui ad nobilitatem generis, & maiorum res geſtas, accedit non vulgaris in litteris inſtitutio, & ad gerendam

Rempublicam ſumma integritas, & animi magnitudo; tum quia eius patris es filius, qui utraque ſtudiorum ratione ſuperius a nobis commemorata, humano generi, quantum in ſe fuit, maxime profuit. Nam quum ad Ethica *Ariſtotelis*, & Politica plane percipienda Commentarios elegantiſſimos edidiſſet, non ſolum deinceps graecas hiſtorias latinas fecit, ſed ſuas auctor ipſe conſcripſit; nullumque utilitatis genus adſpernatus, etiam Civitatis noſtrae res geſtas ab aliis latine ſcriptas in Florentinam linguam convertit = *Alexander Acciaiolus* e *Q. Curtii* lectione indicare aliis quaſi digito videatur. Vale.

MDVIII. VI. Id. Martii.

Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum Commentarii in Hermagoram, & ad Herennium.

Impreſſum Florentiae opera, & impenſa Philippi Giuntae Florentini, anno a Virginis nuntio octavo ſupra mille & quingentos ſexto Idus Martias, Petro Soterino Vexillifero feliciſſimo. In 8. *fol.* LXXII. *Comment. in* Herm. *Ars nova fol.* LXXVI. *Apud ampliſs. March.* Caeſarem Luccheſinium *Lucae*, & *in Biblioth. Public.* Magliab.

Laurentius Romuleus Florentinus *Franciſco Cattaneo Diaceto* Viro Platonico S.

Nequeo non ſummopere laudare Gymnoſophiſtas Indorum, *Diacete* undequaque Vir optime, = & licet nos, & omnis poſteritas *Aldo Manutio* primum, mox *Benedicto Philologo* praeceptori meo, cuius manibus ſtudioſi debent, & demum ceteris, qui huiuſmodi provinciam expoliendae latinitatis ſuſceperunt, deberi plurimum fateamur, ipſe tamen, quod bene doctos viros mihi ad imitandum

propoſui, nonnihil utilitatis adferre ſtudioſis me poſſe crediderim; ſiquidem noſtras has (quantulae ſunt) vigilias, tuque, bonique ceteri, cognoveritis. Interim, *Franciſce* humaniſſime, dum alia excuſoribus noſtris, partim tradita excuduntur, partim tradenda deinceps, recenſemus, hos Romanae eloquentiae auctoris, ſive, (ut dicam verius) auctoris & principis, quos nuperrimi caſtigabamus Rhetoricorum Commentarios tibi merito nuncupatos muneri mittimus. = Vale dulce decus meum.

MDVIII. Menſe Aprili.

Commentaria Caeſaris.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Bibliopolae Florentini, Anno a Chriſtiana ſalute. D. octavo ſupra mille, menſe Aprili. 8. *Paginae ſunt numeris Romanis diſtinctae* CCXXXXVIII. *Epiſt. nuncup. pag.* II. *In Feſul. In averſa prima pagina legitur:*

Lucas Robia Nicolao Valorio. S.

Quum mecum ipſe cogito, ornatiſſime *Valori*, quantum boni Philoſophia hominibus adferat = Verum cogitanti mihi cuinam potiſſimum hoc noſtrum Enchiridion dicaretur, ſub cuiuſque tutela, tamquam ſub *Aiacis* clypeo Teucer ille *Homericus* tutiſſime conquieſceret, unus tu occurrebas hac dedicatione digniſſimus, qui quum ex huius lectione hactenus multa ad gerendam Remp. deprompſeris, plura & in poſterum (ut coniicere mihi videor) deprompturus. Ea namque es opulentia rerum, & nobilitate generis, &, quod his omnibus maius eſt, ſolertia & integritate animi,

ut maxima quaeque de te ſibi haec noſtra Civitas polliceatur, ac ſperet. Quis enim neſciat qualem te domi foriſque praebueris, quanta auctoritate munia tua impleveris, & quam felix in incaeptis omnibus fueris? Iure igitur ac merito noſter hic *Caeſar* tibi dicatur, ut per te, qui apud omnes auctoritate iam polles, quaſi renovatus, in vulgus prodeat, ac ſi quae ei (ſicut adſolet) intentarentur iniuriae, tuo patrocinio defendatur. Vale.

MDVIII. Menſe Auguſti.

Ioannes Pontanus de Prudentia.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Florentini Anno. M. D. VIII. Menſe Auguſti. 8. *In Biblioth. Publ.* Magliab. *Singulae paginae ex una parte numeris Romanis diſtinguuntur, quae ſunt* CXXIII. *cum regiſtro in calce. In averſa pagina, quae titulum excipit, occurrit Epiſtola ita inſcripta:*

Ioannes Corſius Coſmo Paccio Pontifici Florentino. S.

Neapoli quum eſſem, quo viſendi pariter atque ociandi, ut aiunt, gratia ſeceſſeram, fractis non tum penitus Gallorum rebus, nihil mihi erat potius, quam ut *Ioannem Pontanum* convenirem, virum nempe cum primis tibi amiciſſimum, atque, ut aetate iam conſumptum, ita in omnibus, quod ipſe ſcis, bonarum artium diſciplinis, nec minus in Republica undequaque ſolertiſſimum. A quo, quum ex ea, quae illi cum *Bernardo Oricellario* tuo, cuius me alumnum fateor, intercedit amicitia, eſſem perbenigne acceptus, haud facile dixerim, quot quantiſque mihi ſim viſus diſcedere

praeceptis auctior, & documentis ornatior = *Laudes* Laurentii Medicei, *Magnifici nuncupati Avunculi* Coſmae Paccii *perſequitur*, *ſubiungitque* = Nam, ut omittam vultus, vocis, geſtus, totiuſque denique corporis, quae tibi cum illo eſt, ſimilitudinem, nonne egregiae animi dotes, & quoddam veluti heroicum ex ea in te familia fluxerunt? Sed quam bonis avibus, Deus optime, ſumus his libris, tuum auſpicati patrocinium. Dum enim haec meditamur, muſſitamuſque, tu interea ad Florentinum Pontificatum promoveris = Accipe igitur hos libros, munus tibi undique debitiſſimum, quod & gratiſſimum fore nihil dubito, at certe omnibus utiliſſimum. Vale.

MDVIII. Menſe Septembri.

Marci Tullii Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum ad Marcum Brutum Libri V.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Bibliopolae Florentini, anno a Chriſtiana ſalute. D. VIII. ſupra mille, menſe Septembri. 8. *pag.* 97. *In Biblioth.* Magliab. Corſinia, & Barberina *Romae*.

Lucas Robia Hieronymo Benivenio. S.

Quum mecum ipſe reputo, humaniſſime *Beniveni*, bonas artes, & peregregias animi tui dotes, cogor, volens licet, & te amare, plurimumque colere = Ex qua mea erga te benevolentia fit, ut maxima animi moleſtia tuas aegrotationes, inſanabileſque dolores conſiderem, in quos, volente Deo optimo maximo incidiſti, ut mala corporis conſtitutione, virtus tua clarior atque conſpectior exemplum patientiae omnibus adferat. Verum quia aliter non poſſum tuis mederi lan-

guoribus, adverſiſque rebus ſubvenire, meo tuoque ſolatio hoc vere totius Philoſophiae panareton tibi nuncupatim dico, non quod dubitem te fortiter dolores non ferre, ſed ut fortius feras, = Quum enim pridem plura *Ciceronis* opera in ea Philoſophia, quae eſt de vita & moribus, impreſſerimus, quaeſtiones Tuſculanas materiae dignitate adducti, in hoc tempus ſervavimus = Habes ergo, optime *Beniveni*, ſtudiorum noſtrorum praeguſtatiunculam quamdam, & noſtri pignus amoris, quo fiat neceſſe eſt, ut & nos mutuo ames, & intollerabiles morbos, in quos, ut dixi, crediderim iuſſu Dei te plurimum amanti, incidiſſe, aut nihili facias, aut aequo, ut conſueſti animo, toleres. Vale.

MDVIII.

M. T. Ciceronis Officiorum & alia opuſcula a Luca de Robia. Florentiae Iunta 1508. 8. *Ita indicatur in Catal. Biblioth.* Pinelliae *Venet. apud* Car. Paleſi MDCCLXXXVII. 8. *Tom. I. pag.* 253.

MDIX. XXIII. Ianuarii.

Meſſer Giovanni Gerſon. Vtile & divota operetta della imitazione di Giesù Xpō.

Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum & tollat Crucem ſuam & ſequatur me.

Allaude & gloria dello Omnipotente Idio & contemplatione delle divote perſone finita è queſta opera utile & tucta piena di ſpirituale divotione detta della imitatione di Xpō: & del diſpregio delle coſe mondane: con uno divoto tractato del Sacramento dell'altare: compoſto per Meſſer Giovanni Gerſone.

Impreſſo in Firenze a petitione di Philippo di Giunta & Agnolo Cartolaio. Anno ſalutis. M. D. VIIII. a dì XXIII. di Gennaio. in 4. fol. 67. *In Biblioth.* Riccard. *&* *March.* Caeſaris Luccheſinii *Lucae. Relatus integer Libri titulus, legitur in ſumma primae paginae ora, quatuor comprehenſus lineis, ſupra ipſius libri frontem, ligno non inficete fabrefacto impreſſam, ad inſtar parallelogrammi, atque exhibentem Chriſti effigiem penitus nudam, cum femoralibus capite diademate redimito, Crucem ſiniſtra manu tenentis, dextera vero extenſa ad calicem ſupra pavimentum poſitum, adeo ut ex eius vulnere vivus ſanguis in illum defluat.*

MDIX. XV. Kal. Mai.

Aurea Legenda maior beati Franciſci compoſita per ſanctum Bonaventuram, miro inter omnes Sanctorum Vitas dictatu, nuper impreſſa.

Divi Franciſci Vita ſolerti cura ab eius alumno F. ſcilicet Fr. Sti. Minorum minimo caſtigata: opera & impenſis Philippi Iuntae, Bibliopolae Florentini, formis propagata Florentiae: Petro Soderino inclyto Florentinae Reipu. perpetuo Vexillifero, feliciter in vulgus prodit. Anno S. a Chriſti ortu. M. D. IX. quintodecimo Calend. Maias. 8. *fol.* LXXXXVIIII. *In Biblioth.* Aloyſii Tramontani *I. C. Florentini.*

In prima & averſa pagina D. Franciſcus *genuflexus in tabella lignea haud ineleganter inciſus exhibetur, ſacra excipiens ſtigmata.*

MDIX. VI. Idus Iulii.

Terentianae Comoediae in ſua metra iterum reſtitutae & recognitae quam accuratiſſime, cum iis, quae inſuper de Comoedia & metris comicis preſſius dici poſſunt.

Sex hae recognitae Terentianae fabulae, Florentiae ſunt feliciter excuſae, ſtudio, & impenſis Philippi de Giunta Florentini, anno a Nativitate Chriſti milleſimo quingenteſimo nono, ſexto idus Iulii. 8. *maiori quadrato In Feſul. & apud Eminentiſſ. Card. de* Brienne *in pergamena; ſed in eo exemplari Prolegomena deſiderantur. Singulae paginae Romanis numeris ſignatae ſunt* CXIX. *In meo etiam exemplari deſideratur primum folium Prolegomenon, quae eadem fuiſſe videntur, atque illa, quae recenſuimus in praecedenti editione anni* MDV. VI. Id. Aug.

MDX. III. Kal. Febr.

Iuſtinus una cum L. Floro nuper caſtigatus.

Impreſſum Florentiae opera atque impenſa Filippi (ſic) de Giunta Florentini, anno a Chriſti nativitate. M. D. X. tertio Calendas (ſic) Februarii, Petro Soderino perpetuo Vexillifero exiſtente. in 8. *Conſtat fol.* CCIIII. *Prolegomena fol.* II. *In Feſul. & in* Marucell.

Marianus Tuccius Florentinus *Andreae Marſuppino* iuveni ornatiſſimo S.

Qui ad gubernandam Remp. ſive domeſticam regendam ſe conferunt, *Andreas* humaniſſ. = his iudicio meo nihil aeque contulerit, ac iugis lectio, & praecipua quaedam eruditio hiſtoriarum. =

Huius (ſcilicet *Iuſtini*) igitur Libellos mihi nuper recognitos, caſtigatoſque in Enchiridion iam redactos, ſub tuo nomine, mihi periucundo, publicare conſtitui, ut ſcilicet tibi, Reip. quandoque, vel domeſticae munera obeunti, uſui non exiguo lectione forent. = Vale.

Petrus Ant. Crevenna *in Catal. ſuae Biblioth. T. V. pag.* 44. *recenſet ad hunc annum* MDX. XIX. *Kal. Aug.* Iuſtini *editionem in* 8. *ſine loci, & typographi indicatione, ſed quae in libri fronte lilium inſigne Iuntarum praeſefert, quod tamen non ante annum* MDXIII. *in* Auli Gellii *editione uſurpaſſe comperi.*

MDX. Id. Februarii.

C. Svetonii Tranquilli de vita XII. Caeſarum.

C. Svetonii Tranquilli opus explicit. Quod ſumma diligentia caſtigatum Florentiae excuſum eſt opera & impenſa Philippi de Giunta Florentini, Anno a Virginis nuntio. M. D. X. Idibus Februarii, Petro Soderino perpetuo Vexillifero exiſtente. 8. *In Biblioth.* Magliab. *fol.* CLXXIX.

Marianus Tuccius Florentinus *Ioanni Baptiſtae Naſio* iuveni magnanimo & erudito S.

Conſtans & perpetua eſt omnium doctiſſimorum opinio, *Io. Baptiſta* praeſtantiſs. nihil eſſe turpius aut ſceleſtius, quam tempus & vitam iſtam divinitus nobis adflatam, belluarum more, ſomno, inertiaque, & tantum obſcitando tranſigere = Taceri quippe non poteſt = quam avide, quam enixe in perveſtigandis, ac dignoſcendis omnium bonarum artium diſciplinis, & diem, & operam omnem tuam contuleris. Scio ipſe qua conſtantia, quibus vigiliis eruditionem illam, quae de ſitu & po-

poſitura Orbis eſt, tibi anteacto iam anno, celeriter comparaveris, ut procul dubio cenſendum ſit, non tantum relligionis cauſſa praeſentem iſtam peregrinationem tuam ſubiiſſe, quam ſtudio viſendi, quae ex *Strabone* & *Ptolemaeo*, reliquiſque Coſmographis prope congeſta, didiciſti. = dum cunctos perluſtras hiſtoricos, dictu difficile foret, quanta te voluptate *Tranquillus* affecerit, quem inde fructum excerpſeris. Rettulit namque mihi *Laur. Romuleus*, vir quippe tui obſervantiſſimus, & in diſciplinis liberalibus minime contemnendus adeo tibi *Tranquillum* ipſum prae ceteris cordi fuiſſe, teque, praecipuo candore illius & libertate pariter, tam mirifice oblectatum, ut eum deinceps perinde, & colueris, ac *Homerum* fecit *Archeſilas*, & *Scipio Xenophontem*. Quapropter quum ipſe nuper, lucubratione haudquaquam exigua, *Tranquillum* iſtum recognoverim, exſcribentium forte imperitia, & impreſſorum incuria, locis fere innumeris commaculatum, volui omnino, ut is ſub tuo, cunctis doctis iocundo nomine in uſus publicos circumferretur = Vale.

MDX. Menſe Februarii.

L. Apulei de Aſino aureo Libelli XI.
Floridorum Libri quatuor.
De dogmate Platonis Liber unicus.
De Philoſophia item Liber unicus.
Aſclepius Mercurii Triſmegiſti Dialogus de voluntate Divina interprete L. Apuleio.
Eiuſdem Triſmegiſti Dialogus de poteſtate & ſapientia Dei, interprete Marſilio Ficino, adnexus Operi, propter materiae adfinitatem.

Item in calce L. Apuleii orationes duae pro ſe ipſo (1).

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi de Giunta Civis Florentini anno a Virginis nuncio quingenteſimo duodecimo ſupra mille, menſe Februario, 8. *fol.* 254. *cum regiſtro in fine, ac lilio inter duos puerulos. In Biblioth* Io. Dominici Peſatorii *Protomedici & litterarum cultoris eximii Placentiae. Extat etiam Romae in Biblioth.* Corſinia *In averſa pagina, quae relatum titulum excipit legitur:* Alexandri Roſſelli *Phaleucium tum Epiſtola nuncupatoria ita inſcripta.* =

Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino, D. *Ioanni* Sanctae Mariae in Dominica Cardinali de *Medicis*, Civitatis Bononienſis, & Exarchatus Ravennae ac Romandiolae Tuſciaeque, nec non aliorum quorumcumque locorum, ad quae ſe declinare contigerit, Apoſtolicae Sedis Legato de Latere *Marianus Tuccius* Clericus Florentinus ſuppliciter ſe commendat.

Poſt miſeram illam totius Italiae calamitatem Reverendiſs. P. quando ſcilicet Romani Imperii domicilium ex ea in Thraciam traductum eſt, dictu difficile foret, quantum Latinae litterae de ſua dignitate deciderint = Quo utique factum eſt, ut qui in eo conflictu ex Graecis & Latinis Auctoribus immane illud incendium ſubterfugerint, hi (ut in praeliis ſolet accidere) vel undequaque mutili, vel cum innumeris vulneribus ſuperfue-

(1) *Notandum reiici in fine, licet in Libri fronte non indicetur, libellum, cui titulus:* Coſmographia, ſive de Mundo ad *Fauſtinum*.

rint, quorum in numero noſter hic *Apuleius*, immo iam tuus a viris doctis praecipue cenſeri ſolet. Neque id alio pacto factum iri putant, ut tantus auctor apud veteres in illa liberali Philoſophia tam eruditus, tam integer & candidus nunc legatur a nobis, tantopere inabſolutus, tam aſper & commaculatus. Hunc ipſum ego hoc tempore P. ampliſſime, ſi fari liceat, modo ſanandum accepi = Illud plane novi ſuperfluum omnino fore, ſi *Apuleium* tibi, & in *Apuleio* me ipſum fidei tuae creditos ulterius commendavero, quum omnes adaeque intelligant, non te Reipu. Chriſtianae tantum, ſed litterarum, & omnium bonarum artium auctorem, patronum, ac rectorem eſſe perpetuum.

MDX. Nonis Maii.

Vni Trinoque gloria.

Erudimenta Grammatices Latinae linguae Furius aliquo modo dictator adhuc.

Grammatices erudimenta Florentiae feliciter impreſſa, opera & impenſa Philippi Giuntae Florentini anno a Virginis nuntio quingenteſimo decimo ſupra mille Nonis Maii, Petro Soderino Vexillifero perpetuo, 8. *maiori*. *Conſtat foliis* CXI. *a me numeratis*. *In Feſul.*

Furius aliquo modo Dictator *Nicolao* & *Alexandro Machiavellis* iunioribus S. P. D. Avita paternaque virtus, mi *Nicolae* & *Alexander*, cuius imaginem veſtro in vultu, tamquam in ſpeculo contemplor, me hortatur, qui erudiendi veſtri munus ſuſcepturus ſum, ut Grammatices erudimenta ea brevitate & ordine, quo alios inſtituere ſoleo = invulgare non differam = valete & me diligite.

MDX. XVII. Auguſti.

Le coſe volgari di Meſſer Franceſco Petrarcha.

Impreſſo in Firenze a petitione di Philippo di Giunta Fiorentino, nel anno Mille.D.X. a dì XVII. di Agoſto & nuovamente riveduto. Deo gratias.

Sequitur: Canzone XLVIII. di Meſſer *Franceſco Petrarcha* trovata in un antico libro. *Inc.*

Quel ch'à noſtra natura in ſe più degno &c. Canzone XLIX. *Inc.*

Nova bellezza in abito gentile &c. *& ſic clauditur liber, qui numeratione caret. Eſt autem in* 8. *& conſtat foliis a me numeratis* 181. *In Biblioth.* Riccardiana, *curſivo, ut vocant, charactere, & cum regiſtro in calce paginarum. In averſa prima pag. quae titulum excipit, legitur ſequens Epiſtola, praevio titulo* =

Sonetti & Canzoni di Meſſer *Franceſco Petrarcha* in vita di Madonna *Laura*.

Fran. Alph. Lect. Sal.

Avendo io, prudentiſſimo Lettore, ad inſtantia d'uno intrinſeco amico, & litterato Cittadino riveduto el leggiadro, & ſingolar Poeta Meſſer *Franceſco Petrarca* già più anni ſono, el quale poi in Firenze lo fece imprimere, feci principale inſiſtentia in quel tempo circa li Sonetti, & Canzone ſue, parendomi lo impreſſor Veneto havere mancato in molte coſe, come nella impreſſione ſua ſi poteva apertamente vedere, facendoſene comparatione = ma bene vi aggiungo el primo

Triompho della Fama, omeſſoſi per incuria nella prima ſtampa facta a Vinegia, acciocche tanto errore non paſſi incorrecto, perche omettere uno Capitolo, principio d'una Comedia è coſa molto abſorda, & di alcuno impedimento alla intelligentia dello autore. Vale.

Eiuſdem.

Perlege, quicumque es, *Franciſci* ſcripta *Petrarcae*
Nomine tantiſono nobilitata ſuo.

MDX. Sexto Kal. Decembr.

Vergilius.

Impreſſum hoc opus Florentiae impenſa Philippi de Giunta Florentini anno a Nativitate Christi .M.D.X. Sexto Calendas Decembris. 8. *Romanis numeris paginae diſtinguuntur, quae ſunt* CCCIIII. *ex una parte numeratae. In Feſul.*

Benedictus Philologus Florentinus *Leonardo Datho* Canonico Florentino.

Perſaepe ipſe mecum cogitavi, *Leonarde*, aliquem ex optimis Scriptoribus, qui cottidie opera noſtra formis propagantur, tuo nomini dedicare, quo tibi meus animus, & propenſa voluntas innoteſceret. = Teſtari non licet, ne nimium in laudes tuas, quas negligis, non ſine ſuſpicione captandae gratiae efferri videar, quam doctis faveas, quamque celebris iſta Patavina Academia, ubi in utroque iure feliciter proficis, quae Atticorum, Alexandrinorum, Academiis, quas antiquitas admirata eſt, conferri poteſt, mores tuos, ingenium, naturam facilem, utramque denique linguam ubique gentium praedicet, & admiretur.

Quare accipe hoc amoris noſtri, tuique patrocinii perpetuum monumentum, quo ego ſi non doctus, ac certe tuo nomini devotiſſimus, & ſum, & habeor fortunatus. Ceterum dixi alias tecum, quemadmodum caſtigationes quaſdam ſuper *Vergilio* adnotaveram, quas, ut tibi morem gererem, in hoc operis veſtibulo locavimus, ut quivis noſcere facilius queat, quid in ceteris voluminibus mendoſum & ſuppoſititium, quidve a nobis emendatum, & ſuae lectioni reſtitutum ſit. Illud non eſt praetereundum, decadas, ſeu mavis *Vergilii* librorum argumenta in antiquiſſimo Codice, grandioribus notato characteribus, non Ovidio adſcribi, ſed *Modeſtino* Iuriſconſulto, qui Libros Reſponſorum undeviginti edidit, Pandectarum duodecim, Regularum decem, & multa alia, quae conſulto praetermiſimus, primi vero carminis auctor a nobis ignoratur. Vale.

Tum ſequuntur adnotationes in ſingulos Vergilii *Libros, ut in editione anni* MDXX. *quae ex eadem* Iuntarum *officina prodiit. In calce Aeneidos ſubnectitur*: Maphaeii Vegii *Laudenſis Liber additus, praevio argumento, inde alia veterum Poetarum carmina, quae ſub* Maronis *nomine circumferuntur. Poſt carmen, cui titulus* Copa, *occurrunt* Priapeia, *praevio monito ſtudioſis* Mariani Tuccii.

MDX.

M. T. Ciceronis Epiſtolae Familiares.

Florentiae ex Officina Philippi de Giunta M. D. X. 8. Mattairius *in Ind. Annal. Typogr. Tomi V. Part.* I. *pag.* 286.

MDXII. Menſe Februario.

L. Apuleii opera.

Florentiae ex typographia Philippi de Giunta. MDXII. menſe Februario. in 8. Crevenna *Cat. Amſt.* MDCCLXXXIX. *T. III. P. II p.* 121.

MDXII. Menſe Martio.

T. Lucretii Cari de Rerum natura Libri VI.

Impreſſum Florentiae ſumptibus Philippi Giuntae Bibliopolae Anno Salutis. M. D. XII. menſe Martio. 8. fol. CXXV. Prolegomena fol. VIII. & variantes lectiones, una cum animadverſionibus quibuſdam P. Candidi, *fol.* XII. *In* Marucell.

In prima averſa pagina legitur = Dimetron Iambicum Catalecticon, *cuius initium eſt*: *Rubri ſinus elenchos &c.*

Tum legitur inſequens Epiſtola:

Petrus Candidus Thomae Sotherino. S. P. D.

Agrigentinum *Empedoclem* = Quem (ſc. *Lucretium*) nitidiſſimum Poetam, quum eorum vitio, *Thoma Sotherine* clariſſime, qui aut Philoſophiae penitus ignari, aut litterarum humanarum expertes, in eius lectionem incidiſſent, quaeque minus perceperant, pro ſuo quiſque captu invertiſſent, tot vomicis, tot perſcatere ulceribus, tot faedis (ſic dixerim) confici monſtris deprehendiſſem, quippe qui concerptus, undecumque, miſeriſque lacer modis, per tam diverſa inter ſe, parumque ſibi conſtantia exemplaria circumferretur, operae precium facturum me aexiſtimavi, ſummis, iiſdemque doctiſſimis adhortantibus viris, impendio-

que id a me efflagitantibus, ſi vetuſtis, quae in noſtra Vrbe optimarum omnium artium, ac diſciplinarum iam inde a iactis fundamentis altrice nacti ſumus, collatis exemplaribus, praeſtantiſſimorumque aetatis noſtrae vatum *Pontani*, *Marullique* obelis, temere inducta expungendo, adhibitis, tam putida in eleganti Poeta manantia ulcera, non ſplenio, quod factum antehac eſt a pleriſque, contegerem, quin ad vivum uſque penitus, radicituſque exantlarem = *Marullus* ſane amicus olim noſter iucundiſſimus, cuius in hoc opere cenſuram potiſſimum ſequuti ſumus *Lucretianae* adeo veneris per omnem aetatem ſtudioſus fuit, ut nuſpiam fere, non eo comite, itaret; numquam cubitum (quod de *Archeſilao*, *Homerique* Rapſodia traditur) niſi perlectis aliquot, exploratiſque *Cari* carminibus ſeſe reciperet. Quin etiam ex miſeranda illa in mediis Cecinae undis latinarum muſarum iactura, cladeque inſigni, unus eſt *Lucretius* receptus; ſed enim, quo perenni aliquo monumento tam clari, rarique amici memoriam proſequamur, emittetur a nobis hiſce iiſdem typis excuſum, praeter Epigrammaton, Hymnorumque naturalium, qui paſſim habentur in manibus, libellos, primum ex quatuor (tot enim parturiebat) eiuſdem heroico Carmine de Principe volumen, naeniaeque ad haec, atque Epigrammata, nondum vulgata quaedam = Noſtra autem haec, qua in emaculando nobili Poeta, tuis auſpiciis uſi, *Thoma* ſplendidiſſime, ſumus induſtria, ob idque incomparabili virtuti tuae dicata, fiat iam per te omnibus bonarum artium ſectatoribus exploratior. Tibique non in Poetica ſolum, atque Oratoria, in quibus tantopere excellis, ſed in reliquis quoque omnibus diſciplinis exculto, cuius ampliſſima

optimo doctiſſimoque cuique ſemper patuit domus, cuius ob hereditariam, eminentemque ſapientiam, Deique ipſius Opt. Max. munere ad ſumma evecti rerum faſtigia patrui, Italiae hac tempeſtate, veluti clariſſima duo ſidera illuxere, nulli non humanarum litterarum ſtudioſi perpetuo ſe debere fatebuntur = Vale, καὶ εὐτύχει.

MDXII. Kal. Iulii.

. Ioſepho de Bello Iudaico in lingua Toſcana.

Impreſſum Florentiae Kal. Iulii . M. D. XII. ſumptibus Philippi Iuntae. Petro Soterino Vexillifero perpetuo. *fol. Conſtat fol.* CXLVI. *ex una parte numeratis. In Biblioth. S.* Mariae *Novellae Ord. Praed. Florentiae. Praecedit* = Proemio in laude della Iſtoria, e dell' opera, o vero Libro di *Joſepho* Iſtorico preſtantiſſimo, con ſommo ſtudio, & diligenza impreſſo nella magnifica Città di Firenze. *Inc.* Di quanta utilitade ſia la cognizione della Iſtoria ec.

MDXIII. XX. Ian.

Beatiſſimi Romualdi vita.

Impreſſum Florentiae anno Dominicae Incarnationis. M. D. XIII. die XX. Ianuarii Leonis X. Anno primo: arte & induſtria Philippi de Giunta Florentini, impenſis vero totius Camaldulenſis Ordinis. 4. *Conſtat fol.* 39. *In Feſul. Haec eadem vita compacta eſt cum Libro infra recenſendo ſub titulo*: Reformatio Camaldulenſis Ordinis.

MDXIII. Menſe Ianuar.

A. Gellii Noctes redditae nuper omni diſcuſſa caligine micantiſſimae.

Impreſſae ſunt Florentiae A. Gellii noctes iſtae lucubratiſſimae ſuprema arte, curaque, & ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. Anno M. D. XIII. Menſe Ianuario. Leone Pont. Max. Chriſtianam R. P. moderante. 8. *pag.* 330. *Proleg. p.* 16. *In Feſul. In pergamena autem impreſſae extant in* Riccardiana.

Praecurrit Ode, quae ita ſe habet:

Alexii Lapaccini (1) *ad Carolum Aldobrandum.*

Dum nos paterni funeris uberes,
  Novaſque ſemper, *Carole*, lacrymas
  Siccare nequidquam ſtudemus
  Illecebris genialis agri;
Tu *Gellianis* Noctibus interim
  Iam vindicatis a carie, & ſitu,
  Caliginoſae oblivioni
  Eripis, haud ſine laude, nomen.
Hae te laborum, tot vigilum manet
  Condigna merces, haec tibi praemia
  Debentur, evades labantis
  Perniciem moriturus aevi.
Quamvis nec, o te *Laure* Superſtite,
  Sit defuturus nunc honor artibus,
  Sacriſque ſortitis patronum
  Vatibus, & meliora ſaecla.

---

(1) De *Alexio Lapaccinio* eiuſque familia fuſe edifferit *Dominicus Maria Mannius Oſſerv. Iſtor. ſopra i Sigilli* Tom. VI. pag. 129. ſeqq.

Agnovit in te nomen, & os avi
Vrbs noſtra, tanti vindicis immemor
Futura nunquam, agnoſcet olim
Tempora per te eadem beata.
At nos & agro non inamabili,
Atque his ſerenis, *Carole*, Noctibus
Solabimur lóngas paterni
Interea tumuli querelas.

Inde legitur.

Carolus Aldobrandus Laurentio Medici
Viro magnanimo S. (1)

In Atticis *Gellii* Noctibus, magnifice, ac clariſſime *Laurenti Medices*, a principio ſtatim maioris eruditionis propoſita omnibus ſpes eſt, unoque hoc titulo ſatis totum hoc eius opus commendatur, propterea quod nullus eſt, qui audito Athenarum nomine, in qua una Civitate leges, mores, iura, ingenia, cultus, bonae artes, ſapientia primum orta, mox ad omnes translata feruntur, ſecretioris ſtatim diſciplinae iucundum ſimul, & uberem fructum aliquem non exſpectet. Ad hoc notiſſimum proverbium eſt, noctem, non ſolum curarum, ut Poeta inquit, ſed prudentiae quoque, & conſilii nutricem eſſe. Quippe eo tem-

(1) In Biblioth. *Laurentiana* Pl. LIII. Cod. XXII. huius *Caroli Aldobrandi* Opuſculum legitur de ratione ſtudendi ad *Laurentium Medicem*, *Petri* Filium, praevio *Andreae Dactii* ad Lectorem tetraſticho, & auctoris Epiſtola nuncupatoria MS. membr. in 12. Saec. XV. Vid. Catal. eiuſdem Biblioth. Codd. Latinor. Tom. II. pag. 616.

pore, nuſquam per ſenſus diſtracto animo, ſilentio, tenebriſque eius, firma meditatione ad omnem ſapientiam proficimus. Eo factum eſt, ut ego *Gellii* Noctes Atticas admiratus, ſemper amaverim, & quum primum potui, Magnifice *Laurenti*, ſi non emendatas, minus certe corruptas, ad alios tranſmiſerim, qui ſane multi temporis labor fuit. In quo quum alios veteres Codices, quotquot adſpicere licuerit, tum vero ex antiqua Bibliotheca tua emendatos cum his, qui circumferuntur, diu omni adhibita diligentia contulerim; utinamque quod volui, mihi, & aliis ex eo labore operae pretium ſequutum ſit. Quantulumcumque tamen eſt, nomini tuo dicatum exibit, cui ſcio, voluntatem noſtram pro officio futuram, & eam libenter undecumque accepturum, ex quibus intelligant omnes, praecipuum tibi ſapientiae ſtudium eſſe, & in eo id genus maxime amare, ubi vetuſtatis maieſtas, ingeniique ſplendor, bonarum litterarum cultus eniteſcat. Vale.

Poſt Indicem earum rerum, quae adnotatione dignae in hoc operae viſae ſunt, legitur:

Carolus Aldobrandus legentibus ſalutem.

In cenſura laboris huius noſtri, qua forte, ut credo, liberius aliqui utentur, meminiſſe id volumus omnes, nullum hominis laborem, tam lubricum, facilemque eſſe, ut non aliquam illi languor oſcitationem adferat; nullam etiam tam ſpecioſam hominis faciem, quam non lentigo, aut naevus aliquis dehoneſtet, beneque tunc agi nobiſcum, quum, contra quam *Martialis* ait, in huiuſcemodi labore ſint mala, ſint quaedam mediocria, ſint bona plura, quae legas, & quae vitioſa ſint, para-

tam habent ex communi uſu emendationem. Accedit etiam his, quod vetuſtati Codicum multum tribuentes, quae inventa in eis ambigua ſunt, & de quibus adhuc inter Grammaticos certetur, ea maluimus, qualia reperiebantur relinquere, quam inter eruditiſſimos noſtrae aetatis homines iudices nos conſtituere. Litterarum itaque vitia omnia, mutationes, inverſioneſque, & a quotidiano uſu Latini ſermonis differentes aliquas voces indulgeri nobis, & impreſſoribus precamur, laboremque hunc noſtrum ex his magis, quae bene tradita ſunt, quam ex his, quae aut neglecta, aut vetuſtati Codicum conceſſa fuerint iudicari. Valete.

Clauditur Liber tabula, ſingulorum xx. *Librorum capita exhibente.*

MDXIII. Menſe Aprili.

Plura Ciceronis opera.

De Officiis. De Amicitia. De Senectute. De Paradoxis. De ſomnio Scipionis.

Impreſſum Florentiae opera & impenſa Philippi Giuntae Florentini, anno a Chriſtiana ſalute quingenteſimo. XIII. ſupra mille. Menſe Aprili. 8. *fol.* CXVI. *Epiſtola praevia fol.* II. *in Feſul. In averſa prima pagina, quae relatum titulum exhibet, legitur* = *Lucas Robia Petro Franciſco Medicae.* S. Quamquam Philoſophiae partes omnes ſunt frugiferae. = Ad quod beatitudinis culmen quum vehementer adſpires, non fruſtra liberalitate, beneficentia, iuſtitia, fide, manſuetudine, morumque facilitate univerſis Civibus te mirabilem praeſtas = licet mihi peritia deſit, numquam certe fides, diligentia, curaque defuit. Cuius rei omnes

litterati noſtrae Civitatis, inter quos *Ioannes Franciſcus Zeffus*, familiaris & Domeſticus tuus, ſunt teſtes ampliſſimi, quos de difficillimo quoque loco aut maxime ſcabroſo, libenter conſului, nihil niſi ad illorum opinionem auſus. = Vale.

MDXIII. Menſe Iunio.

Quae in hoc Enchiridio contineantur.

C. Criſpi Salluſtii de Coniuratione Catilinae.
Eiuſdem de Bello Iugurthino.
Eiuſdem Oratio contra M. T. Ciceronem.
M. T. Ciceronis Oratio contra C. Criſpum Salluſtium.
Eiuſdem Orationes quatuor contra Lucium Catilinam.
Porcii Latronis declamatio contra Lucium Catilinam.
Orationes quaedam ex Libris Hiſtoriarum C. Criſpi Salluſtii.

Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. Menſe Iunio. M. D. XIII. 8. *fol.* CLVIII. *Praef. fol.* VII. *In Biblioth. Ord. Servor. S.* Mariae *Florentiae*.

Marianus Tuccius Florentinus *Iohanni Baptiſtae Naſio* D. noſtri Papae a Secretis, Viro docto, & munificentiſſimo. S.

C. Criſpi Salluſtii hiſtoriam, a nobis tam exemplarium probatiſſimorum beneficio, quam Virorum doctrina excellentium patrocinio caſtigatam, ac exiguis typis excuſam = publicandam tradidimus. Quae quidem omnia libenti animo ad Te, *Ioannes*

Baptiſta ſuaviſſime, mittimus, tum ea de cauſſa, ut modo commodius & iucundius videas, ea perlegas, & agnoſcas, quae adoleſcens avide & ſtudioſiſſime complexus es, ac velut digitos ungueſque tuos memoria tenuiſti, tum vel maxime, ut, quo iampridem obſequiorum genere parta nobis benevolentia fuit tua, eodem ea nunc quoque, non retineatur modo, ſed magis magiſque augeatur in dies & coaleſcat. Vale, vir praeſtantiſſime, noſtri memor.

MDXIII. Menſe Iulio.

Senecae Tragoediae.

Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. M. D. XIII. menſe Iulio. 8. *Sunt folia* 215. *ex una parte numerata. In Biblioth.* Corſina *Romae*, & *Servor. B.* Mar. *Florentiae*.

Benedicti Philologi Florentini Praefatio ſuper *L. Annei Senecae* Tragoediis ad *Dominicum Benevenium* Divi *Laurentii Canonicum.* Niſi gratias agerem &c. *Eadem Prolegomena occurrunt, quae innuimus ſupra in editione anni* M. D. VI. III. *Non. April.*

MDXIII. Menſe Septembri.

Severini Boethii de Philoſophica conſolatione.

Eiuſdem de ſcholaſtica Diſciplina, qui alii quoque auctori a nonnullis adſcribitur.

Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. M. D. XIII. menſe Septembri. 8. *pag.* 80. *In Feſul.*

Adfertur eadem Epiſtola Nicolai Creſcii *ad* Antonium Lanfredinum *quam vide ſupra in editione Anni* M. D. VII. *Heic tamen eam praecedit monitum ad ſtudioſos Adoleſcentes.*

MDXIII. Menſe Octobr.

Iuvenalis una cum Aulo Perſio nuper recogniti.

Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta civis Florentini, menſe Octobri M. D. XIII. 8. *fol.* 80. *In Feſul. & in Biblioth. Servor. B.* Mariae *Flor.*

Marianus Tuccius Antonio Franciſco Albizio
Viro nobili atque magnanimo. S. P. D.

Egregiae tui animi praecipuaeque virtutes, *Antoni Franciſce* praeſtantiſſime, omnes quidem homines noſtros ad Te amandum adliciunt, & invitant, me vero unum ad colendum ſummopere, mirificeque obſervandum impellunt = Quid ego de latinis literis eloquar, quum univerſi, qui te vel obiter loquentem audierint, copioſum & eruditum virum audiſſe ſe profiteantur? Quid vero item de Muſicis exercitationibus? quum tu nullo fere praevio praeceptore, varios, & difficillimos quoſque numeros ſuaviſſime modulari, & ad fides digitos aptiſſime admovere didiceris, ut ipſe procul dubio videaris feciſſe fidem, quod placet Stoicis, inſitas eſſe omnes humano animo diſciplinas. = Et quoniam vel opibus, vel potentia, quae fortuna mihi immodica & perexigua praeſtitit id adſequi (illi ſcilicet obſervantiam ſuam oſtendere) hactenus nequaquam potui, ſtatui modo libellum iſtum, *Iunium* ſcilicet *Iuvenalem*, vigiliis multis noſtris, & cura praecipua caſtigatum, ac per noſtros artifices diligentiſſime in Enchyridii formam redactum, tuo nobis iucundiſſimo nomini, dedicare. Peto autem a te, & ab his pariter, qui hunc ipſum Poetam viſuri ſunt, ut ſi quantum diligentiae & ſtudii in eo adhibitum ſit iudicandi

for-

forte cupido inceſſerit, conferant eum prius cum ceteris, vel Manuſcriptis Codicibus, vel etiam cum his, qui hodie in literatorum manus circumferuntur. Scio namque te ipſum, ac ceteros ex collatione eiuſmodi iudicaturos omnino, nos in hac re, a viris tamen doctiſſimis maxime adiutos, & diem & operam non perdidiſſe = Vale amicorum tuorum decus atque praeſidium.

MDXIII. Menſe Octobri.

Vitruvius iterum & Frontinus a Iocundo reviſi, repurgatique quantum ex collatione licuit.

Hoc Opus praecipua diligentia caſtigatum, & cura ſumma excuſum eſt Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta Florentini Anno Domini. M. D. XIII. Menſe Octobri 8. *Conſtat* Vitruvius *fol.* 187. Frontinus *fol.* 24. *Prolegomena fol.* 4. *Index in fine fol.* 23. *In Feſul. Idem ornatus ligneus in fronte libri, quem in* Lactantio *obſervavimus.*

Iuliano Medicae Frater *Io. Iocundus* S. P. D.

Virtutes tam liberales, quam mechanicae, tanto magis proficiunt, perficiunturque, quanto apud eos tractantur, qui illarum delectationibus detinentur, & indefeſſo, ſolertive ſtudio eas proſequuntur, ut de te audio, *Iuliane Medices*, vir optime, & earum ſtudioſiſſime, cuius fama circumfertur, quod nihil a patre, & proavis tuis, excellenti ingenio & maximis virtutibus praeditis, degeneras. Etenim cui nota non eſt clariſſima *Medicorum* Familia, quae tam multis, tamque claris Principibus viris per ſuas quibuſque aetates ſplendidiſſima fuit, ut per te, atque Fratrem tuum, quamvis variis & adverſis iuniori aetate

rerum caſibus exagitatos, ſplendorem ſuum non minuerit, ſed mirabili Dei dignatione, in tantum auctus ſit, ut etiam Fratrem tuum, natu quidem maiorem, quadrageſimumque necdum aetatis annum attingentem Chriſtianae Religioni noſtrae Summum Pontificem dederit = Qui quum de te, ut dixi, multa audiſſem viro digna, ſummiſque laudibus vulgata, non dubitavi tibi de *Vitruvii* ſtudiis, atque ſcriptis nonnullorum laborum meorum monumenta dicare. Quae quum ſecundae impreſſioni ſub meo nomine ſubiicienda intelligerem, non putavi negligenter praetereundum, quin ea reviſerem, meliuſculaque facerem, & tuorum ſtudiorum theſauris adderem, quando is, cui primae impreſſionis eius dicatura, quae tibi Dei nutu ſervata videtur, demandanda fuerat, prius e vita deceſſerit, quam opus ipſum abſolutum viderit. = Quamobrem, mi *Iuliane*, ut ſenex & licentioſior dictorum, necnon inſolentius etiam dicendorum veniam peto = Te reverenter moneo, quod tanti Pontificis Frater quum ſis, & Florentinae Reip. facile primarius, ita te cum omnibus geras, ut noſtri ſaeculi delitiae tenearis = Felix eſto, & bene valeas, vetuli tui *Iocundi* memor.

Iulius Frontinus de Aquaeductibus a Iocundo nuper reviſus iterum, & quantum ex collatione licuit repurgatus.

Huic quoque praeit epiſtola item inſcripta:

Iuliano Medicae Frater *Io. Iocundus* S. P. D.

Iulium Frontinum de Aquaeductibus, optime *Iuliane*, Vitruviano codici adiiciendum iudicavi, materia eiuſdem diſciplinae exigente, quem cum

uno

uno dumtaxat exemplari contuli; cui tamen quantum additum, quantumque in melius reformatus ſit, ex collatione impreſſorum, quos nunc uſque bibliopolae circumtulerunt, explorari poterit; non quod me exiſtimem illum, ſeu etiam Vitruvium ad integrum redegiſſe, ſed utroſque tam minus dilaceratos, pluribuſque ſcaturiginibus repurgatos protuliſſe &c.

MDXIII. Menſe Octobri.

Iulius Frontinus de Aquaeductibus a Iocundo nuper reviſus iterum & quantum ex collatione licuit repurgatus. *in* 8. *conſtat fol.* 34.

Hic libellus praevia brevi Epiſtola Fr. Io. Iocundi *ad* Iulianum Medicem *adiicitur in fine* Vitruvii *eiuſdem anni, ac ſeorſim etiam editus eſt, cuius exemplar habemus in Biblioth. noſtra Feſulana.*

MDXIII. Menſe Octobris.

Quae in hoc opere contineantur.

L. Coelii Lactantii Firmiani Divinarum Inſtitutionum Libri ſeptem.
Eiuſdem de Opificio Dei Liber unus.
Eiuſdem Epitome in Libros ſuos.
De Divinis Inſtitutionibus.
In calce Carmen de Phoenice,
Et de Domini Reſurrectione.

Hoc opus praecipua diligentia caſtigatum, & cura ſumma excuſum eſt Florentiae, ſumptibus Philippi de Giunta Florentini. Anno Domini M.D. XIII. Menſe Octobri. 8 *fol.* 302. *Proleg. fol.* 8. *In Feſul. Exſtat & in Biblioth.* Riccard. *impreſſum*

in Membrana. Frons Libri, in qua titulus exhibetur ligneo ornatu decoratur.

Reverendiſs. in Chriſto Patri & Domino *Innocentio Cibo* S. R. E. Card. *Marianus Tuccius* ſuppliciter ſe commendat.

Lactantius Firmianus, Reverendiſs. P. inter eos auctores ſemper habitus & receptus eſt, qui eleganti doctrina, & mira quadam dicendi copia apud Latinos homines floruerunt. Is tamen, quemadmodum & reliqui fere omnes Scriptores optimi, vel vetuſtate ipſa, quae conficere ſolet omnia, aut exſcribentium, vel excudentium incuria, ſive etiam, quod & ipſe forte Gothorum immane illud incendium & cladem ſenſerit, ad noſtram aetatem corruptus, lacer, & ſordidus legebatur. Haec autem praeclari auctoris huius miſeranda facies, iampridem commovit me plurimum, atque ad excogitandum impulit, an poſſit ſibi priſtina ſua dignitas, ingenio, aut lucubratione quapiam, ullo pacto reſtitui. Quam quidem ad rem hortabantur me quoque complures aetatis noſtrae doctiſſimi viri, pollicebanturque ſeipſos ad recuranda *Firmiani* noſtri vulnera, nobis opem non exiguam adlaturos. Per triennium igitur P. Ampliſs. nihil aliud paene egimus, aut elaboravimus, & patrocinio litteratorum hominum uſi, & cura, atque labore noſtro, quam, ut tanto huic auctori, iam tuo, praeclara illa ſua puritas, integritas, & maieſtas, quoad fieri licuit, reſtitueretur. Id autem an, & quantum effecerimus, atque adſequuti ſimus, illi optime, ac praecipue diiudicare poterunt, qui quandoque illius exactiſſima volumina diligentiſſime perlegerunt, ſi citra labem invidiae conferent ſua illa

cum noſtris = Ad maiora & altiora quotidie excitaveris, & ſubinde compuleris. Vale.

MDXIII. Menſe Octobris.

Tertulliani Apologeticus adverſus Gentes.

Impreſſum Florentiae ſumptibus Philippi de Giunta Florentini Anno M. D. XIII. menſe Octobri. 8. *fol.* 47. *abſque ulla Praefactione. In Feſul.*

MDXIII. XXIX. Decembris.

Reformatio Camaldulenſis Ordinis cum gratiis & privilegiis a Leone .X. Pont. Max. nuperrime conceſſis. 4. *fol.* 16.

Litterae Apoſtolicae, vivente etiam moderno Generali, conceditur, ut de novo erecta Congregatio Eremi in omnibus ſortiatur effectum, iuxta privilegii formam.

Privilegium, quod cuiuſcumque Religionis viri, ſive Mendicantium, ſive Cartuſienſium, poſſint, etiam non obtenta Superiorum licentia, ad Eremum accedere. *fol.* 28.

Vita beatiſſimi Romualdi a Petro Damiano Cardinali eleganter deſcripta, cum nominibus eorum inſertis, qui Priores Eremi, ac Ordinis Camaldulenſis Generales hucuſque fuere. *fol.* 39.

Impreſſum Florentiae anno Dominicae Incarnationis M. D. XIII. die 29. Decembris Leonis X. anno primo, arte & induſtria Philippi de Giunta Florentini, impenſis vero totius Camaldulenſis Ordinis. 4. *Haec tria Opuſcula conſtant, omnia ſimul, foliis* 83. *In Biblioth. Servor. S.* Mariae *Florentiae. Ante relatum titulum exhibetur in ligno delineata ef-*

figies Leonis x. *ſedentis, ac Pontificalibus veſtibus induti, cum thiara in capite, dextra benedicentis, ac ſiniſtra duo ſtemmata Ordinis Camaldulenſis ſubſtinentis, adſcriptis in faſciola verbis.* LEO. X. P. M. *Inde Anonymi Epiſtola ſequitur* = Camaldulenſibus Patribus, *quae inc.* Suſcipite Patres Optimi. *Poſt Conſtitutiones autem & Leonis x. Privilegia, adiicitur ſupra relata Anni & impreſſionis nota.*

MDXIV. I. Febr.

Ε'γχειρίδιον Γραμματικῆς εἰσαγωγῆς ἐκ διαφόρων συγγραφέων συλληφθέν.
Ε'ν τῷδε τῷ βιβλίῳ τάδε περιέχεται.
Ε'ρωτήματα τοῦ χρυσολώρα.
Περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων ἐκ τοῦ χαλκονδύλου.
Θεοδώρου γραμματικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς τέσσαρα τὸ τὲταρτον, περὶ συντάξεως.
Η'ρωδιανοῦ περί ἐγκλιτικῶν.
Γνῶμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν.
Κάτωνος ῥωμαίου γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, ἃς μετήνεγκεν ἐκ τῆς λατίνων φωνῆς εἰς τὴν ἑλληνίδα διάλεκτον Μάξιμοσ μοναχὸς ὁ Πλάνουδιος.

Τὸ παρὸν ἐγκειρίδιον ἀκριβῶς ἐντυποθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν Θεῷ ἐν Φλωρεντίᾳ, ἀναλώμασι μὲν Φιλίππου τοῦ Ἰούντα Φλωρεντίνου, πόνῳ δέ καὶ δεξιότητι Βαρθολομαίου Βρισιανέως, τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένων χάριν, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ, μηνὸς Φεβρουαρίου ά. 8. *Conſtat fol.* 288. *ex utraque parte numeratis. In Biblioth. Marucell. Adeſt in fine lilium inter duos puerulos cum cornucopiis.*

Titulus Latine redditus ita ſe habet.

Enchiridion Grammaticalis introductionis ex diverſis Scriptoribus confectum.

In hoc ipſo libro haec habentur.

Erotemata Chryſolorae.

De verbis inregularibus.

De formatione temporum, ex Chalchondylo.

Theodori *grammaticalis Introductionis in quatuor iſtarum quartum de Syntaxi.*

Herodiani *de Enclyticis.*

Sententiae monoſtichae ex diverſis Poëtis.

Catonis *Romani ſententiae inſtructivae, diſtichis expreſſae, quas vertit ex latina lingua in graecum ſermonem* Maximus Monachus Planudes.

Praeſens hoc Enchiridium exquiſitiſſime impreſſum (quod praetermiſſum iamdiu fuit) Deo dante Florentiae impenſis Philippi Iuntae *Florentini, labore vero & dexteritate* Bartholomaei Briſianei, *ſermonum graecorum deſideratorum gratia. Anno poſt Chriſti generationem milleſimo quingenteſimo quarto & decimo, menſis Februarii primo.*

Inde ſequitur Epiſtola ita inſcripta.

Euphroſynus Boninus Aloyſio Alamanno S. P. D.

Quum Graiae Te arduum Theſpiados montem promptius in dies affectare videam, graecae ad te Grammatices neceſſaria praecepta, arido nuper a nobis pumice expolita, caſtigatioraque reddita (viae auxilium) hodie dare non abs re fore duximus = His maiora forſan a nobis exſpectabis, quae tunc amicorum optime, dabuntur, quum Te magis in illis profeciſſe perſpexero. = Vale noſtri non immemor.

Haec editio repetita fuit a Philippo Iunta *A.* M. DXVI. *quam primam eſſe perperam adfirmarunt* Fabricius, Mattairius, Mazzucchellius *verbo* Alamanni Luigi, *&* Franciſ. Anton. Zaccaria *Storia letter. Tom. III. ſem. 2. pag. 456. quorum poſtremus duplici modo decipitur, dum ait, hanc editionem eſſe in 4. quum ſit in 8. parvo, ac praeterea graecae linguae* Aloyſium Alamannum *tum fuiſſe callentiſſimum fatetur, quum e contra ex adlatis verbis, initiatum fuiſſe tantum deprehendatur.*

MDXIV. X. Februarii.

Meſſer Giovanni Gerſon utile & divota operetta della imitatione di Gesù Chriſto.
Qui vult venire &c.

A laude e gloria &c. Impreſſo in Firenze per Philippo de Giunta Fiorentino. Anno Salutis. M. D. XIIII. A di X. di Febraio. 4. *fol.* 67. *In Feſul. Inter titulum ſupra relatum, & verſiculum ſacri textus, occurrit Salvator, ut in editione praecedenti Anni* MDIX. *ſed minoris moduli, & diverſo ornatu circumdatus. Cum meo exemplari, liber adnectitur in 4. iiſdem, ut videtur,* Iuntae *typis ac ſuperior impreſſus, tali titulo:* La paſſione del noſtro Signore Ieſu Chriſto. *In fine:* finita la paſſione del noſtro Signore Ieſu Chriſto.

Inc. O increata maieſtà di Dio.

Hoc Poemation ogdoadibus conſtat, & plurimis in ligno eleganter inciſis figuris exornatur

MDXIV. Menſe Februarii.

Q. Horatii Flacci Poemata nuper quam accuratiſſime caſtigata, & in quibus multa ſunt addita ad eorum declarationem ſpectantia.

Eiuſdem omnia metrorum genera, quae ſint, quibuſque conſtent pedibus, ante, & intus ſuis in locis adpoſita. Permutata quaedam in toto corpore, & ratio etiam reddita, cur ſingula permutentur.

Impreſſum Florentiae impenſa Philippi Iuntae. Anno Salutis. M. D. XIIII. Menſe Februario. 8. *fol...* (1) *Proleg. fol.* 20. *In Feſul. Idem in fronte libri eſt ligneus ornatus, quem innuimus ſupra in recenſione* Lactantii. *Poſt Epiſtolam nuncupatoriam* Philippo Nerlio, *quam ſupra retulimus ſub anno* M. D. III. *heic ſubſequitur breve monitum* ad ſtudioſos adoleſcentes.

MDXIV. Menſe Martio.

Arcadia del Sannazaro.

Impreſſo in Florentia per Philippo di Giunta nel .M.D.XIIII. di Marzo. Leone decimo Pontefice. 8. *fol.* 94. *Adeſt in fine lilium inter duos puerulos. In Biblioth.* Aloyſii Tramont. I. C.

Bernardo di *Philippo* di *Giunta*
Al ſuo *Altiſſimo* Poeta S.

Non è coſa, venerando Poeta *Altiſſimo*, che da me ſi poſſa preſtare in verſo la voſtra excellenzia, quanto che in quel modo che mi è conceſſo, attendere, che il voſtro nome nella Ciptà di Fiorenza aſſai ormai riſonante, all' orecchie

---

(1) *Noſtrum exemplar quum ſit in fine mutilum, ideo paginarum ſummam non damus.*

dell'altre parte di Italia onorevolmente pervenga, acciocche quegli che per ancora la fama voſtra non anno per la diſtanza del luogo udito, ſi ſveglino; & moſſi per la ſola virtù voſtra, a voi, non mai ancora viſto, ponghino ſmiſurato amore. = ma per voſtra umanità acceptate la buona affeczione, & vogliate che l'amore voſtro in verſo di voi alla noſtra debolezza ſopperiſca, pregandovi che ancora voi le voſtre fatiche & vigilie a eſſere impreſſe ci accomodiate, acciocche quegli che non poſſono in preſenzia el voſtro improviſo udire, al manco nelli ſcripti cognoſchino, che non ſenza cagione la Cipta di Fiorenza vi porta ſingulariſſimo amore.

MDXIV. Menſe Iunio

Ioannis Ioviani Pontani.

Amorum Libri duo.
Eiuſdem de Amore coniugali Libri tres.
Tumulorum Libri duo.
Eiuſdem de divinis laudibus Liber unus.
Hendecaſyllaborum ſeu Baiarum Libri duo.
Eiuſdem Iambici verſus de obitu Lucii filii.
Item Lyrici verſus ad res varias pertinentes.
In calce Libri duo, quibus titulus eſt Eridanus.
Alter etiam erit Index in fine, quo licebit omnia, quae tractentur inſpicere ſingillatim.

Florentiae ex officina Philippi de Giunta Florentini ſumptibus ſuis. Anno . M . D . XIIII . Menſe Iunio. Leone X. Pont. Max. Chriſtianam Rempublicam moderante. 8. *fol.* 196. *In Feſul.*

Marianus Tuccius Florentinus *Antonio Franciſco Albitio* Viro nobili & erudito S.

Ut athletae, & qui ſummo cum labore corpus exercuerunt, ſoliti ſunt nonnumquam quieti, & remiſſioni corporis indulgere, quo ad futurum laborem mox robuſtiores fiant, atque vegetiores, ita & bonarum artium ſtudioſis ſaepe quoque mos fuit, ubi defatigentur in rebus ſeriis & gravibus contemplandis, animum ſuum ab iis ad res iocoſas & feſtiviores deflectere, ut ibidem ad contemplandum ſubinde ingenium efficiatur perſpicacius atque vegetius. Hac igitur de cauſa, *Ant. Franciſce* ſuaviſſime, mittuntur ad te modo *Pontani* Poëmata iocoſa & lepidiſſima, quae partim in adoleſcentia ſua, partim etiam in ipſa ſenectute compoſuit, ut ſcilicet materiae ipſius concinnitate, varietate, & feſtivitate evoceris ad quoddam praeclarum mentis & animi laxamentum = Vale decus noſtrum atque praeſidium. *Tum ſequitur monitum. Marianus Tuccius* Lectori S.

Multa ſunt, Lector optime, in his iocis ac ſalibus, quos inſpecturus es, quae rerum novitate non facile intelligi poſſunt. Haec tu in fine operis elegantiſſime interpretata reperies a *Petro Summontio*, viro doctiſſimo, & *Pontanicae* diſciplinae ac nominis ſtudioſiſſimo. Perleges & ibi eiuſdem perbrevem atque concinnam epiſtolam, quae quandam quaſi apologiae vicem obtinet in hoc opere. Vale.

MDXIV. Menſe Iunio.

Quae in hoc Enchiridio contineantur.

Ioannis Ioviani Pontani Vrania, ſeu de ſtellis. Libri quinque.
Meteororum Liber unus.
De Hortis Heſperidum Libri duo.
Eiuſdem Pompae ſeptem, quibus titulus eſt Lepidina, nec non Meliſeus, Maeon, Acon, Carmina paſtoralia.
In calce vero Index eſt eorum, quae in toto opere habeantur.

Florentiae ex officina Philippi de Giunta Florentini ſumptibus ſuis Anno . M . D . XIIII. Men. Iunio. Leone .X. Pont. Max. Chriſtianam Rempublicam moderante. 8. *fol.* 188. *In Feſul.*

Marianus Tuccius Florentinus *Franciſco Albitio* ſpectatiſſimae virtutis viro. S.

Ioannis Ioviani Pontani Vraniam, Meteora, & de Hortis Heſperidum opuſculum, una cum paſtoralibus quibuſdam carminibus ad te, vir praeſtantiſſime, mittimus, ut ea in enchiridii formam labore noſtro nuper exacte & diligenter redacta, auctoritate, & auſpiciis tuis, in lucem, & manus ſtudioſorum hominum prodeant. Nulla egent laude noſtra tanti huius auctoris Opera, ea nempe ſuis titulis, in quibus ſane ſpes magna proponitur, cumulate ſatis commendantur, & decorantur. Adde quod iam apud viros doctos *Pontanus* in ea aeſtimatione eſt, ut non reliquiae ſit tantum, quin incrementum etiam priſci temporis. Inſedit animo nobis propediem, annuente Deo, univerſa il-

lius Opera, quae ſoluta oratione compoſuit in his iiſdem typis excudere = ſperoque identidem *Pontani* noſtri manes laetaturos mirandum in modum, ſi tuum ſibi patrocinium non denegaveris. Vale.

MDXIV. Menſe Auguſti.

Commentaria Caeſaris, prius a Iocundo impreſſioni data, poſterius a nobis diligentiſſime reviſa, & cum exemplaribus eiuſdem collata, reſtitutis omnibus locis, quae per incuriam ab iis, qui ea impreſſere, vel relicta, vel errata fuerunt, ſic, ut ne quidem unum iota earum caſtigationum deſit in noſtris; & ut par fuerat, in fine totius Operis repoſitis, & etiam in meliorem formam redactis figuris Galliae, & Ponti, & aliorum locorum; & praeter haec, addita eſt etiam Hiſpaniae deſcriptio. In his autem Commentariis continentur

De bello Gallico Libri VIII.
De bello civili Pompeiano Libri IIII.
De bello Alexandrino Liber unus.
De bello Africano Liber unus.
De bello Hiſpanienſi Liber unus.
Nomina locorum, urbiumque, & populorum Galliae, ut olim dicebantur Latine, & nunc dicuntur Gallice, ſecundum ordinem alphabeti.
Pictura totius Galliae, in qua ea loca deſignantur, in quibus aliquid inſigne fecit Caeſar, ut ferunt, pontis conſtructio, & obſidiones Avarici, Alexiae, Vxelloduni, & Maſſiliae, quorum figurae ſubſequuntur, cum machinarum declaratione, quantum ſcriptura conſequi potuit. Item his quoque eſt addita Hiſpaniae deſcriptio.

Florentiae ex officina Philippi de Giunta Florentini anno .M.D.XIIII. Menſe Aug. Leone X. Pont. Max. 8. *fol.* 286. *cum Prolegomenis, & tabulis in ligno inciſis, quae occupant fol.* 16. *& Indice rerum notabilium per* Raymundum Marlianum *ordine alphabetico. In Feſul.*

Ioan. Iucundus Veronen. Iuliano Medici S. P. D.

Si diligentius quis conſideret, *Iuliane* Illuſtriſſime, quot is, qui corrupta antiquorum Scripta, ut emendata in manus hominum exeant, curat, labores exhauriat, quam vero nullius, vel perexiguae admodum apud plurimos laudis particeps fiat, admiretur profecto, cur ſibi quiſquam id oneris adſumat, quo in perferendo, quum maxime enitendum ſit, minimam tamen mercedem conſequatur. = atque (ut vere dicam quod ſentio) non multo fortaſſe minus opus hoc exiſtimo, quam ſi ex te aliquid componas; acrioris illud ingenii, exactioris hoc iudicii, latiore ibi campo evagari licet, anguſtiſſimis hic finibus coërcemur; ibi, quum ingenii habenas effuderis, ferri quocumque volueris potes, hic ingenio ita moderandum eſt, ut quum maxime eo opus ſit, circumſcriptis tamen quibuſdam terminis continendum ſit. Non unum quodlibet ſolum perlegendum, ſed plurima conferenda exemplaria. Ex varia lectione, non quae tibi maxime placeat eligenda, ſed quae ceteris auctoris ipſius ſcriptis magis adcommodata eſſe videatur, itaut illius tibi prope animus induendus ſit. At vero ita parce, ubi quidpiam corruptum ſit, ex ſe aliquid addendum, ut niſi certiſſimis indiciis ducaris, quae quandoque tamen occurrunt, corrupta potius lectio relinquenda ſit. Quae omnia quanti laboris, quantaeque induſtriae

ſint, quilibet, qui id experiatur, facillime judicabit. = Sed ut ad te me tandem convertam, *Iuliane* Illuſtriſſime, C. *Iulii* Caeſaris commentaria cura noſtra emendata in manus eruditorum ſub tuo nomine exeunt, quae quanto reliquis, quae hactenus impreſſa circumferuntur, caſtigatiora ſint, cuicumque ea conferre libuerit, agnitu erit facillimum. Ego quidem in eo multum elaboravi, conquiſivi multa tota Gallia exemplaria, quae in provincia quod multa eo ſemper ex Italia tranſlata ſunt, atque ea minus predae expoſita, ac bellis fuerunt, multo incorruptiora volumina cuiuſque generis reperiuntur, contuli omnia, diligenter excuſſi, neque meo tantum judicio contentus fui, ſed quum multa undique collegiſſem, eruditos plures demum Venetiis convocavi, eorumque ingeniis omnia ſubieci judicanda, neque quidquam non perpenſum; ex quo effectum eſt, ut pauca admodum reſtent, quae in ſuum nitorem reſtituta non ſint, ſed & eas fortaſſe aliquis aliquando maculas deterget, nobis id ſatis ſit egiſſe, ut perpaucae omnino reliquae ſint. Hos autem labores meos multis de cauſſis tibi potiſſimum dicandos duximus. Primo quidem, quod tibi omnes omnium qui in literis verſantur, labores, lucubrationeſque, quodam gentilitio iure, deberi videntur. Ex ea enim familia, es, quae ſemper literatos mire fovit; nam ut vetuſtiores praetereant, qui & ipſi tamen hoc magnificentiſſime egerunt, *Laurentius* Pater ita id enixe egit, ut eius beneficentia ex foeda illa proximorum ſaeculorum barbarie, in eum, in quo nunc ſunt, gradum, tam latinae, quam graecae litterae provectae eſſe videantur. Frater vero ita ſemper litteras omnes amplexus eſt, uti non immerito ſpes ea enata vi-

deatur, quae nunc iam in omnium animis inſedit, eo ad ſummum Pontificatus culmen evecto, non Chriſtianam ſolum Rempublicam felicem futuram, ſed & bonas omnes litteras, quae iniquis his temporibus prope exulaverant, non feliciter proventuras, ut omne praeteritorum annorum incommodum ſarciatur. = Accedit quod Iuliano Iulii commentaria, quod candidiſſimis animi tui moribus candidiſſimum hoc opus maxime conveniens videtur munus, quod ego, non hoc ſolum, ſed quidquid in me ingenii eſt, quidquid in litteris poſſum, tibi dedicare conſtitui, ac iam dedico. Aetate enim ea ſum, ut de me non multa tibi poſſim promittere, ſed natura ipſa fortaſſe, ut plerumque adſolet, extremo hoc tempore ſubitum aliquid ingenii mei lumen effundet, quod tuum totum erit, tibi ſerviet, tibi conſecrabitur. Tu interea haec, ſi ita uti ſperamus accipies, quoddam quaſi currenti calcar addetur, ad cetera, quae in animo habemus perficienda.

MDXIV. Menſe Auguſti.

Plauti Comoediae viginti nuper recognitae, & acri iudicio Nicolai Angelii diligentiſſime excuſſae.

Ex officina Philippi de Giunta Florentini anno a Chriſtiana ſalute D. decimo quarto ſupra mille menſe Auguſti. Leone X. Pont. Max. 8. *maiori fol. 368. dedicatio, & index fol. 8. complectitur. In Feſul. Adlatus titulus includitur in porta quadam, architectonico opere affabre delineata.*

Lau-

Laurentio Medici Florentinae Reip. Optimatum clariſſimo *Nicolaus Angelius Bucinenſis* S.

Iure quodam hereditario devincti ſumus, Magne *Laurenti Med.*, ut quae nobis ſunt bona, privataque & publica a patribus relicta, ea, ſi fieri poteſt, meliora, aut certe non deteriora, culpa noſtra reddantur poſteris = Nos vero, qui humanitatis litteras feliciſſimis Domus tuae auſpiciis publice profitemur ad recognitionem Romanae Linguae Scriptorum, curam omnium pulcherrimam, animum operamque retulimus, veterum exemplo. = Recognoſcendas primum ſuſcepimus viginti *Plauti*, quae ſuperſunt reliquae, comoedias, eloquii, candoriſque latini delitias. Id negocii quanto mihi fuerit labori, ſunt teſtes conatus aliquot doctiſſimorum aetatis noſtrae hominum, qui in iis emendandis, difficultate operis victi, multa ad tenuem ex litterarum vicinitate coniecturam plura pro captu, & ex commodo ſuo, ad implendos pedum numeros inſerere coacti ſunt. Iſtiuſmodi autem verſuum tibicines, & ocioſas voces, quae mihi ad iambi numerum ſubdititiae viderentur, aegre quidem admiſi; malo enim aliquot in toto carmine claudicent metra, quam ingenuo candori, qui fluit ex ore huius poetae feliciſſimus, aliqua adulterini verbi macula adſuatur. Quod ſi quaedam adhuc deſiderari in hoc poemate, & nonnulla ibidem adulterina pro ingenuis recepta dicas, nulli certe induſtriae noſtrae tenuitate praereptus eſt reſtituendi, ſi qua deſunt, aut meliora reponendi, ſi fuerint inventa locus. Qua in re nunc illud de his Comoediis pleno ore adfirmaverim, multo omnium eſſe emendatiſſimas, quae ad hanc diem impreſſae circumferuntur; quod cuique planum fuerit, qui

hanc noſtram emendationem cum ceteris quandocumque contulerit. Hoc de plurimis vere licet gloriari quod nos omnium primi, quos (ſic) legerimus prologum Bacchidibus dimidiatis, & primi Actus initium diligentia noſtra repertum reſtituimus, Moſtellariae vero ſcenas utique perturbatas & earum membra disiecta, & confuſa, in ordinem ſuum redegimus. Has igitur adnotationum operas, quales quales ſunt, ſplendori tuo inſcripſimus, Magne *Laurenti*, = quis enim noſtra, ac patrum memoria doctrinae, aut alia ingenii laude uſquam enituit, qui non ſit maiorum tuorum opibus adiutus, gratia ſublevatus, auctoritate illuſtratus? Eo numero plures recenſere non gravaremur, niſi epiſtolae legem prolixitate praeteream. Exempla tamen domeſtica, de multis per pauca, paterni amoris, ac ſingularis parentum tuorum ad ingeniorum eruditionem beneficentiae proferam. *Coſmus*, ne res altius repetatur, tibi abavus, quem natura finxit ad honeſtatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, iuſtitiam, ad omnes denique virtutes, magnum hominem & excelſum, quem Florentia, una patrum, & populi voce patrem patriae publice Lacaedemonio marmore inſcripſit, *Marſilium Ficinum*, pueritiam adhuc agentem, a patre eius ad ſe forte adductum, intuens, ac pueri indolem probans, ut fuit ille divino iudicio, ac ſapientia vir, quaerit de patre, quod vitae iter puer ingrederetur; ſi fortunae noſtrae volent, inquit, cupio erudiri diſciplinis. Tum *Coſmus* tu corporum (chirurgus enim erat) alienis impenſis, hic noſtris, animorum vulnera, ut ſpero, curabit, ex eoque ei, tum domi, tum foris in publicis litterarum Gymnaſiis abunde omnia ad ſummam doctrinam ſuppeditavit, ac ubi videt & graecis &

latinis litteris erudititſſimum, ac honeſtiſſimum, inter academicos locum tenere, donat amoeniſſimo ſuburbano fundo, ac *Platonem*, quem nunc noſtri legunt, latinum faciendum mandat. Illuſtris ad haec hominis in divinum cultum, & communem omnium eruditionem munificentia. Quot enim, & quae poſuit templa ſuis cum bibliothecis Diis immortalibus? Quarum nobiliſſima ea, quae ad Divi *Marci* eſt omnis generis librorum opulentiſſima. *Petrus* huic filius, tibi proavus, magnus & ille vir, *Gentilem* humili loco & genere natum, ſpectatae tamen indolis, domi ad ſummam doctrinam, & ſuis opibus aluit, & ſua auctoritate Pontificem Arretinum fecit. *Laurentius* autem *Coſmo* avo ſuo, homine ſapientiſſimo ſapientior, avus tuus, quem tu, nomine, ingenio, moribus, omni virtutum laude nobis abunde refers, cuius prudentiam, gravitatem, iuſtitiam, altitudinem animi Italia omnis, & eius cuncti Principes admirati, ultro ſibi, quod in hoc uno ſuam ſalutem eſſe poſitam videbant, patronum conſtituere; cuius amicitiam & Sultanus, ne alia referam, Aegypti Rex, per legatos, pretioſis muneribus petivit; quum audiret eſſe in urbe ſua excellenti ingenio adoleſcentem nomine *Angelum Politianum*, ad ſeſe accerſitum, praeceptorem *Petro*, clariſſimo parenti tuo, conſtituit, ſumma ope, & librorum utriuſque linguae copia, tum domeſtica, tum undique accerſita, ſingulare hominis ingenium fovet, locupletat, gaudet intra ſuos caſtiſſimos ac ſanctiſſimos penates coaleſcere eius doctrinam ad immortalitatem; qua in re non fuiſſe falſum teſtes ſunt nobis, eruntque poſteritati multa, & praeclara *Politiani* eruditiſſime ſcripta. Illud vero multo magnificentius, & regium magis, quod quum graecam linguam, barbarorum armis ad ultimam

internecionem ſenſim dilabi animadverteret, quaſi parum fuerit, quod *Emanuel Chryſolora*, *Ioannes Argyropylus*, *Ioannes Andronicus* Byzantius, *Demetrius Athenienſis*, ſumma doctrina viri, in urbem ad publicam lectionem ſua, patris, & avi opera, honeſta mercede conducti fuerint, *Ianum Laſcarim*, hominem & genere, & graeca doctrina apprime nobilem, ſollertia ſingulari, iudicio acri, ingenio ad promerendam hominum gratiam miro, larga pecunia, per omnem Graeciam mittit, ad conquirenda, coemendaque cuiuſvis diſciplinae graeca volumina; ac ubi videt *Theodorum Gazam*, *Hermolaum Barbarum* Venetum, quo tempore ille Romae indigne exulat, viros doctrinae gloria illuſtres, ſe fruſtra magnis conditionibus in urbem invitare, exemplo *Ioannis Pici Mirandulae*, divino ingenio, & mirabili doctrina viri, quem tum Florentiae *Laurentius* ſuis opibus & auctoritate tegebat, doctorum hominum amore eidem mandat, adducendos ad ſeſe pueros dociles, & graecos viros eruditos. Verum illo biennio, dum haec per Graeciam & magnam Aſiae partem conquiruntur, *Magnus Laurentius*, ſic viſum ſuperis, obiit. Advexit tamen Florentiam vir ille egregius, ſupra ducenta librorum graecorum pretioſa volumina, & in iis multa, quae plerique periiſſe multis ſaeculis ſuſpiraverant. Multus, hercle, fuerim, ſi cunctos memorem, quos *Petrus* genitor tuus, & *Leo* Pont. Max. patris tui Frater, clara orbis lumina, ad diſciplinas, in lucemque perduxerunt. In his *Bernardum Divitium* Bibienenſem, virum probitate ſingulari, fide ſumma, ac officii conſtantia, in utraque *Medicum* fortuna, humanitate, ac bonitate in omnes incredibili, ingenio ad res gerendas eximio, omni denique virtute ita praeditum, ut

eum facile intra ſanctiſſimos *Medicum* lares educatum agnoſcas, Cardinalem ingenti omnium laetitia ſpectamus. De Pontifice autem mox plura terrarum orbis; nunc vero illud memoratu digniſſimum referemus, quod ad reparandam graecarum litterarum, ac diſciplinarum iacturam, quae ſunt paene in oblivionem collapſae accerſivit, quod pater deſtinarat, nuper e media Graecia complures ſpectatae indolis ingenuos pueros, ac viros doctos, quotquot reperti ſunt, per quos ipſi pueri ſumma cura & diligentia inſtituantur, ad eamque rem utriſque facultates & ſtipendia largiſſime ſuppeditavit. Clariſſima itaque eſt tua domus, honeſtarum artium parens, & altrix, omneſque bonae diſciplinae *Medicum* ſunt alumnae. Magne igitur *Laurenti*, cui vix adoleſcentiam egreſſo, univerſus Patrum ac populi conſenſus Reip. noſtrae habenas moderandas feliciſſimis auſpiciis ultro commiſit, hanc clientelam huic civitati honeſtiſſimam, Italiae illuſtrem, tibi hereditariam amplexare, & fove, longumque patriae, & vive, & vale.

MDXIV. Menſe Octobri.

Hoc Volumine continentur.

M. T. Ciceronis de Oratore ad Q. fratrem Libri III.
Eiuſdem de claris Oratoribus, qui inſcribitur Brutus Lib. I.
Eiuſdem Orator ad Brutum Lib. I.
Eiuſdem Topica ad Trebatium Lib. I.
Eiuſdem Oratoriae Partitiones Lib. I.
Eiuſdem de optimo genere Oratorum Praefatio quaedam.

Haec omnia nuper excuſa & ſedulo impreſſa, cum Indice omnium, quae ſunt notatu digna ex officina Philippi Giuntae.

Impreſſum Florentiae ſumptibus Philippi Giuntae Florentini Anno a Chriſtiana ſalute M.D.XIIII. ſupra mille, Menſe Octobri, Leone x. Pontifice.

Poſt regiſtrum ſequuntur nomina propria, quae in hoc volumine continentur. 8. fol. 249. Index rerum in principio fol. 6. Index nominum in fine fol. 4. In Biblioth. Aloyſii Tramont.

Lucas Robia Laurentio Signio. S.

Eſt hoc in lege poſitum, inſtitutiſve naturae, ſuaviſſime *Laur.* ut non nobis ipſis tantum naſcamur, ſed noſtros ortus, partim amici, partim parentes, partim patria ſibi vindicent, iique, qui nemini proſunt, ab aliis repellantur. = Doctiſſimorum ergo noſtrae aetatis verbis accenſus, & eorum ſententiis adiutus, haec *Tullii* de praeceptis oratoriis, de copia dicendi, de ſtudio eloquentiae Opuſcula caſtigavi, & Chalcographorum opera typis excuſa tuo Nomini divulganda inſcripſi = De quibus quidem omnibus optimo iure iudicare poteris, qui divino quodam munere, omni ſtudiorum genere delectaris, & *Cicero* cum primis tibi placet; quippe qui ad *Quintiliani* ſententiam plurimum profeceris, ut ad diſciplinas & bonos mores natus eſſe videaris. Iuro enim perſancte (abſit omnis adulationis ſuſpicio, a qua natura abhorreo) me hactenus ex noſtris iuvenibus comperiſſe neminem, qui maiore cognoſcendi cupiditate exardeat, qui ſtudiis artium bonarum plus concedat, quam tu; quem cum propter bonas artes, tum propter optimos mores, & plurimum in ami-

eos officia, maxime autem in me, merito amo, ingenioque tuo, & iucundiſſima conſuetudine, miraque ſuavitate fruor = Vive, valeque multis, ſed in primis tibi, tuis, & mihi.

MDXIV. Menſe Novembris.

M. T. Ciceronis Epiſtolarum ad Atticum, ad Brutum, ad Q. Fratrem Libri xx. nuper recogniti, & maxima diligentia impreſſi. Index eorum, quae ſunt notatu digniſſima cum latina vocabulorum interpretatione, quae Graece ſcribuntur, unde multa utilia Lectori licet decerpere.

Impreſſum Florentiae ex officina Philippi Iuntae anno a Chriſtiana ſalute D. XIIII. ſupra mille, menſe Novembri. Leone Decimo Pontifice. 8. *fol.* 335. *Proleg. fol.* 12. *In Feſul. Titulus Libri legitur in medio portae architectonico opere haud ineleganter in ligno delineatae. Praecedunt.*

I. *Marci Braccii* Accoliti Apoſtolici Carmen pro auctoris recognitione.

II. *Iulio* S. R. E. Diacono Cardinali de Medicis, & Florentino Antiſtiti Marianus Tuccius humiliter ſe commendat.

Opus ſane multi temporis, & labor fuit, P. Reverendiſs. corruptas antehac M. *Ciceronis* Epiſtolas recognoſcere, & in quo pariter noſtri ſaeculi nonnulli viri doctiſſimi elaboravere = Has = dedicare tibi, & ſub tuo ampliſſimo nomine, quocumque gentium publicare inſtitui, ut non tantum fidei noſtrae & ſervitutis, dum perleges, non obliviſcaris, quam ut te prae ceteris id genus munere dignum eſſe cunctis doctiſſimis hominibus innoteſcat. Vale.

MDXIV.

Sonecti, Capituli, Canzone, Sextine, Stanze, & Strambocti, compoſti per lo excellentiſſimo Franceſcho Cei Ciptadino Fiorentino in laude di Clitia.

Impreſſo in Firenze per Philippo di Giunta Cartolaio Ciptadino Fiorentino Anno ab Incarnatione Chriſti M.CCCCCXIIII. ſit laus Deo. 8. *fol.* 58. *In Biblioth. Publ.* Magliab. *Exſtat autem in pergamena impreſſus cum initialibus auratis & coloratis in* Riccardiana. *Praecedit eadem Epiſtola nuncupatoria quam ſupra innuimus Anni* MDIII.

MDXIV.

M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum Libri V.

Florentiae apud Iuntam 8. *Eadem editio atque illa anni* MDVIII. *quam vide. Arvood* Proſpetto di varie edizioni di Claſſici colle giunte di *Maffeo Pinelli*. Venezia per *Carlo Paleſe* MDCCLXXX. 8. pag. 188. *Vid.* Catal. Bibliot. *Pinell.* Venet. typis *Car. Paleſe* MDCCLXXXVII. 8. Tom. I. pag. 249.

MDXV. X. Ianuarii.

Θεοκρίτȣ Βουκολικά.

Theocriti caſtigatiſſima opera omnia Florentiae impreſſa in aedibus Philippi Iuntae finem nacta ſunt die X. Ianuarii M.D.XV. Leonis X. Pontificis Maximi anno tertio. 8 *fol.* 73. *In Biblioth.* Magliab. *& apud* Franc Xaver. Laire, *Eminentiſs. Card. De* Brienne *a Biblioth. cum uberrimis Comment.*

Mſs. Carteromachi *Piſtorienſis, quem vidi, & libenter conſului Menſe Iulio An.* MDCCLXXXIX.

Π. Φίλιππος ὁ ἀλεξάνδρου Πανδουλφίνου, Ευφροσύνῳ βωνίνῳ Φλωρεντίνῳ σοφῷ τε κἀγαθῷ εὐπράττειν.

Ε'γὼ καί περ μή τε γενόμενος αὐτόπτης μηδέπω καί νῦν τῆς λογιωτάτης σου κεφαλῆς, μήτε συγγενόμενός σοι = οὕτω γὰρ οἱ τῶν ἑλληνικῶν τρόφιμοι λόγων μὴ μόνον τοῖς περὶ Μουσοῦρον τὸν ἀρχηγὸν ταυτησὶ τῆς εὐεργεσίας, αλλὰ καὶ σοὶ τῷ συναγωνιςῇ, καὶ συνεργῷ πολλὴν εἴσονται χάριν ἔῤῥωσο.

Clauditur liber alia Epiſtola ita inſcripta.

Παῦλος Μέλας ῥωμαῖος Π. Φιλίππῳ τῷ Α'λεξάνδρου Πανδουλφίνου Φλωρεντίνῳ ἀνδρὶ ὁλοκλήρῳ εὖ πράττειν.

Inc. Ε'υφρόσυνος Βωνίνος ὡς ἀνὴρ λέγεις σοφός τε κἀγαθὸς, λίαν τε φιλόφιλος Deſ. ταῦτα τοίνυν, Φίλων ἄριςε, ἢ οὕτως ἔχε, ἢ ἀπόπεμπε. Ε'ῤῥωσο.

MDXV. XX. Ianuar.

ΗΣΙΟΔΟΣ Ο ΑΣΚΡΑΙΟΣ

Heſiodi caſtigatiſſima Opera, Florentiae impreſſa in aedibus Philippi Iuntae finem nacta ſunt. Die xx. Ianuarii. M. D XV. Leonis X. Pontifici (*ſic*) maximi anno tertio. 8. *fol.* 83. *In Biblioth. Eminentiſs. Card. de* Brienne. *Accedunt in fine.*

I. *Theognides.*
II. Sententiae ex diverſis Poetis iuxta alphabetum.
III. Verſus *Sybillae Erythreae* de Chriſto Ieſu.

IV. Carmina aurea *Pithagorae*.

V. *Graegorii* Theologi ſententiae monoſticae iuxta alphabetum verſibus iambicis.

Euphroſynus Boninus Iacobo Diaceto, amicorum optimo. S. P. D.

Dum graecorum auctorum multis erroribus paſſim plena volumina omni ingenio, cura, diligentia, atque labore, dulciſſime *Iacobe*, recognoſcere, acriuſque in dies caſtigare paro, *Theocritus* mihi ſeſe obtulit, adeo hic truncatus, hic graviter onuſtus, hic a ſe ipſo turpiter mutatus, ut non illum expolire, ſed *Theocrito Theocritum* reddere neceſſarium eſſe dicere non dubitarim. Hunc, demorſo ſaepius ungue, longiſque lucubrationibus, a veteri iam expurgavimus tabe. Nec non & Venetiis a *Marco Muſuro* recognitum exemplar nacti, diligenter ſane caſtigatum, cum caſtigatiſſimo noſtro conferentes, talem ex tali reddidimus, ut merito de illo dici poſſit, quod *Politianus* meus de *Horatio Flacco* a *Chriſtophoro Landino* recognito protulit.

O quam nuper eras nubilus, & malo
Obductus ſenio, quam nitidos ades
Nunc vultus referens docta fragrantibus
Cinctus tempora frondibus. &c. = vale.

MDXV. Menſe Ianuarii.

M. Tullii Ciceronis Verrinae.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a nativitate . D . XV. ſupra mille menſe Ianua. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 216. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont.

Philippus Iunta clariſſimo viro *Thomae Pighinuccio* de Petraſancta, Brevium Apoſtolicorum Scriptori.

Cautum eſt quadam naturae lege = Nos itaque hoc genere officii adducti, cogitantes, omnes mortales maximo beneficio adficere, ſi (quae noſtra ſola eſt facultas) bonos quoſque, tum graecae, tum latinae linguae ſcriptores recognoſcendos, noviſque typis ad communem litteratorum utilitatem excudendos curaremus, his recenſendis operam citra decennium impendimus, acri litteratorum hominum iudicio uſi, & in his *Nicolai Angelii Bucinenſis* viri utriuſque linguae peritiſſimi, qui nuper collatis in unum plurimis antiquiſſimis exemplaribus *M. T. C.* in *C. Verrem* Accuſationes, in quibus *Cicero* adeo ſui diſſimilis erat, ut ſi reviviſcat, ſeipſum non agnoſceret, maxima cura diligentiaque recenſuit, plurimaque vulnera ſanavit, ſi qua tamen deſunt, id exemplarium mendis contigiſſe ſcias. = Tu ſolus (*Pighinucce*) hac nuncupatione dignus es viſus = omitto egregias tuas corporis dotes = illa vero omnes admirari poſſunt, egregiam latinae linguae eruditionem, multiplicem bonarum artium ſcientiam, rerum omnium acutam perſpicientiam, ſummam modeſtiam, morumque facilitatem, ut iure tu unus hac inſcriptione dignus videare = Vale.

Hae Orationes, ut puto, ſuboſcure indicantur in Catalogo Crevennae, *ubi quum non ſubiungatur eſſe in* Verrem, *an ſine* Tullii *Orationes omnes in unum collectae, nec ne, dubitari poteſt.*

MDXV. V. Kal. Aprilis.

Θεοδώρου Γραμματικῆς Εἰσαγωγῆς βιβλία Δ
Τοῦ αὐτοῦ περὶ μηνῶν.
Γεωργίου τοῦ Λεκαπηνοῦ περὶ συντάξεως τῶν ῥημάτων.

Theodori Grammatices Introductionis Libri quatuor.
Eiuſdem de Menſibus.
Georgii Lecapeni de Conſtructione verborum.

Τὸ παρὸν βιβλίον ἀκριβῶς ἐντυπωθὲν πέρας εἴληφεν ἤδη σὺν θεῷ ἐν τῇ Φλωρεντίᾳ ἀναλώμασι μὲν Φιλίππου τοῦ Ἰοῦντα Φλορεντίνου πόνῳ δὲ, καὶ δεξιότητι Βαρθολομαίου τοῦ Βρισιανέως τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένων χάριν. Ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ μηνὸς Μαρτίου κζ'. ἄρχοντος μεγίστου ἀρχιερέως ἡμῶν Λέοντος δεκάτου ἔτει τρίτῳ.

Impreſſum eſt hoc opus Grammatices Theodori Georgiique ſane acri calamo caſtigatum Florentiae in aedibus Philippi Iuntae Florentini Bibliopolae. Pontificatus ſanctiſſimi Leonis X. Papae noſtri anno tertio. Anno Dominicae Incarnationis. M.D.XV. quinto Cal. Aprilis. 8. *fol.* 213. *In Feſul.*

Euphroſynus Boninus Ludovico Martello, Laurentii filio, S. P. D.

Quum novis *Theodori* Grammaticen iam iam typis excudere mens ſit, teque adeo in Graecis profeciſſe videam, ut mediis, ut aiunt Athenis, potius, quam in Florentina Vrbe ortum eſſe facile exiſtimare poſſim, nequeo cui dicanda ſit amplius dubitare = poteris ipſe noſtros auſus continua le-

ctione, doctiſſimoque iudicio corrigere, ac in melius, quod minime dubito, redigere. Vale. (1)

MDXV. Menſe Martii.

Vtraque Ciceronis Rhetorica hoc volumine clauduntur.

Impreſſum Florentiae ſumptu Philippi Iuntae. Anno. D. XV. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Martii Leone. X. Pontifice. 8. *fol.* 136. *Prolegomena, & Index eorum, quae in Rhetoricis ad* Herennium *leguntur ſcitu digniſſima, fol. implent* 11. *In Feſul.*

Nicolaus Angelius Bucinenſis ad *Philippum Strozam* pro Rhetoricis *Ciceronis* ad *Herennium*.

Apporto tibi muneri, *Philippe Stroza*, Rhetoricen *Ciceronis* ad *Herennium* novam, ideſt recognitam, deterſam, nitidam; librariorum enim depravatione, & temporum vitio, *Cicero* in his libris, a ſeipſo per mendas ita ſenſim abierat in deformitatem, vix iam ut ſuorum pleriſque agnoſceretur = Ego enim ipſe nonnunquam vix in his libris *Ciceronis* vultum agnoſcebam, adeo erant vocum perturbatione, mutatione, detractione, adiectione omnia, vitio temporum, & librariorum culpa inverſa, & depravata, nec ſuus orationi numerus adſurgebat, nec verus ille nitor plurimis

---

(1) Crevenna *in Catal. ſuae Biblioth. Tom. III. pag.* 13. *Cette édition eſt la ſeconde de l'Ouvrage de Gaza. Elle eſt eſtimée pour ſa correction, & il n'eſt pas facile d'en trouver des exemplaires. Vid.* Maittaire *Annal. Typ. Tom. II. pag.* 274. *n.* (*d*)

in locis renidebat. At nunc opera noſtra, disiecta magna ex parte nebula, iam propemodum aperta eſt ſua *Ciceronis* facies, iam nulla ibi figurae tenuitas, aut exilitas apparet, ſed nuda, venuſta, pura verborum caſtitas, ingenioſiſſima, ac lucidiſſima docendi brevitas, maxima praeceptionum virtus, omnibus ingeniis, praeterquam unius *Ciceronis*, erepta ubique cernitur. = Fueram adhuc pluribus haec, *Philippe Stroza*, confirmaturus, ſed ſciebam te duce, cui dicata volumus, in hominum manus exitura; ea enim ſi eruditiſſimo iudicio tuo probaveris, mecumque ſenſeris, ſententia tua mille erunt mihi graviſſimi teſtes; unus enim es, qui omni bonorum genere cumulatiſſimus polleas. Omitto *Strozae* domus ſplendorem, qui multis iam ſaeculis omnium oculis virtute ſua adfulſit; omitto ſummas opes, quarum munificentia plurimis praeſidio ſemper fuit; omitto magnificentiſſimas aedes, hoſpitalitatis nobilitate illuſtres, quibus certe Italia tota, omnium iudicio, non ſpectat meliores, neque ſumptuoſiores; praetereo egregias tuas corporis dotes, partim labore, ac ſumma continentia quaeſitas, partim naturae benignitate tributas, quas ad ſummam laudem, ad promerendam hominum gratiam a prima pueritia perpetuo contuliſti; illa vero in primis admiramur omnes, quae ſunt multo his meliora, ſummi iudicii tui gravitatem, ingenii magnitudinem, egregiam Romanae Graecaeque linguae eruditionem, multiplicem bonarum artium ſcientiam, ſolertem rerum perſpicientiam, fidem, conſtantiam, altitudinem animi, ſummam modeſtiam, morum facilitatem, humanitatem ſingularem, ut iure optimo *Leo* Pontifex Maximus acerrimus ingeniorum penſitator & iudex, te ex omnibus u-

num ex fratre nepti praeſtantiſſimae puellae virum ſumma cum dote iunxerit. Vale Reipublicae noſtrae ornamentum, ac vive tuis felix victurus, & poſteritati clarus.

MDXV. Menſe Martio.

Silii Italici Opus de Bello Punico ſecundo ſumma cura Ambroſii Nicandri caſtigatum, reſtitutis multis carminibus, quae in aliis deſiderantur.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate. D.XV. ſupra mille menſe Martii. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 208. *In Biblioth.* Magliab. *& in mea Feſul.*

Ambroſius Nicander *Toletanus Illuſtriſs. Principi* Laurentio Medici *Florentinae Militiae Imperatori invictiſſimo* εὐδαιμονίαν.

Non ſine ſummo animi moerore, *Laurenti* Princeps Illuſtriſſime, mecum ipſe cogitare valeo, interdumque deteſtari tempeſtatis noſtrae oblivionem, ne dicam veternum, quum litteris, virtutique, in angulis iam latitanti locus ſit relictus fere nullus; quem quidem dolorem praeteritae felicitatis memoria multo acerbiorem facit, eis praecipue, qui illa felicia olim Saecula *Laurentii* Magni, avi tui, hominis quidem de ſua R P. benemeriti meminerunt; quando in hanc urbem tuam tot excellenti ingenio viri, tamquam ad virtutis mercatum confluebant, quos tota Italia, immo ex toto orbe convocatos unius viri largitas, ac munificentia congregavit = Quapropter non vanus in hoc ſaltem vates, ſpero, te auſpice ac duce, cumulatius affluentiuſque poſthac eruditis viris ventura emolumenta, ut ſpe & gloriae cupiditate accenſi, aſpe-

rum, accliveque virtutis iter agiliores expeditioreſque ingrediantur, quod iam ego cum hac noſtri *Silii Italici* caſtigatione, imbecillis licet, pedibus intrare pertento, eo quidem libentius, quod tua ope, feliciſſimiſque auſpiciis, humanitatis ſtudia in hoc Florentino gymnaſio, publico ſtipendio profeſſus, novi apprime quam ſis virtutis ſtudioſiſſimus, quamque prona in litteratos viros benevolentia feraris = Accipe igitur, Princeps clariſſime, *Silium* noſtra pervigili cura ſerenitati priſtinae reſtitutum, ubi quantum huius altiloqui poetae ſtudioſis profuerimus, tu ipſe facile dignoſces. Nam proh bone Deus! quot ſubdititiae ditiones, quot mutila inhoneſto vulnere carmina, quot inverſi verſus, carie temporis concreverunt, quot etiam carmina deſiderabantur, quae vetuſtiſſimo exemplari Roma advecto, carptim collecta compegimus! Nam *Silius* ille, quem *Damianus* quidam *Beneſſa* nuper emendavit, quis non exſcriptum ab illo, qui vulgo circumfertur, ignoret? Addidimus etiam librorum initiis non inſuave diſtichum, quod catalepſin, ideſt comprehenſionem appellamus, ubi quid quoque contineatur libro, ſumma brevitate tetigiſſe licuit = Vale, bonorum praeſidium, Princeps Illuſtriſſime, ac me unum ex tuis mancipiis, quo ſoles interdum, ſereno vultu reſpice. Florentiae nonis Martii M.D.X V.

Inde ſequitur: *Silii Italici*, Hiſpani poetae heroici vita ab *Ambroſio Nicandro* Toletano collecta.

Praemittuntur libris ſingulis argumenta metrica, duobus exametris carminibus comprehenſa. Tandem in fine ante Typographi epigraphen, occurrit: *Fabritii Peregrini* Parmenſis illuſtriſs. *Iuliani Medicis*, Ducis Nemurtii a ſecretis Epigramma.

MDXV.

MDXV. Martio Menſe.

Caii Svetonii Tranquilli Vitae duodecim Caeſarum diligentiſſime recognitae.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate D XV ſupra mille. Menſe Martii. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 184. *In Biblioth.* Magliab. *& in Feſul.*

In prima averſa pagina, quae titulum continet legitur Epigramma inſcriptum: Carolus Vivianus *Collenſis ad* Svetonii *vindicem, Inde ſequitur Epiſtola ita inſcripta:*

Antonius Francinus Varchienſis clariſs. viro *Aloyſio Roſſo* Apoſtolicae Sedis digniſſimo Protonotario S. P. D.

Ex omnibus Scriptoribus, quibus tum graecae, tum latinae litterae floruerunt = *Tranquilli* lectio minime iudicio meo eſt adſpernanda = hunc igitur tantum talemque Scriptorem, mutilum, lacerum, ſuis numeris perturbatum, verbis adulteratum, collatis In unum plurimis antiquiſſimis exemplaribus, ad meliorem ſtudentium frugem, talem qualem potui, reformavi = has autem recognitionis noſtrae lucubrationes, tibi, qui plurimum huiuſmodi Scriptorum integra lectione delectaris, nuncupare volentem *Ioannes Baptiſta Thedaldus* tibi deditiſſimus eſt adhortatus, ut te duce, bona avi, ad hominum manus perveniant, poſterique, quibus rebus a te geſtis, illuſtrem fore ſpero, te litterarum amantiſſimum fuiſſe videant; quas ſi acerrimo iudicio tuo probaveris, omnes in ſententiam tuam ituros confido. Omitto ſingularem probitatem tuam, fidem ſummam, conſtantiam, humanitatem in omnes, incredibile ingenium ad res ge-

rendas, quibus *Leonem* Pont. Max. qui eſt ingeniorum acerrimus perſcrutator & iudex, cui ex arctiſſima neceſſitudine coniunctus, ad ſumma rerum faſtigia te elaturum, & credimus, & optamus = Vale, longumque tibi, & patriae & amicis vive.

In calce voluminis alia Antonii Francini Varchienſis *Epiſtola ad legentes occurrit. Inc.*

Non ſum neſcius = dedimuſque vobis *Svetonium Tranquillum*, ideſt emendatum diligenter atque recognitum, aliaque ſumus vobis praeſtaturi, ſi hunc laborem noſtrum non adſpernati fueritis; quaeſo autem, ne prius induſtriam noſtram damnetis, quam cum ceteris, qui circumferuntur contuleritis; cognoſcetis, ſpero, nos multa eius vulnera ſanaiſſe, adeo ut ſi alter acceſſerit medicus, qui meliora exemplaria invenerit, facile in priſtinam ſanitatem reſtituet &c. *Sequitur in fine Index eorum, quae digna ſunt notatu per alphabetum digeſtus.*

MDXV. Menſe Martii.

M. T. Ciceronis Orationes Nicolao Angelio Bucinenſi nuper maxima diligentia recognitae & excuſae.

Impreſſum Florentiae ſumptu Philippi Iuntae anno. D XV. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Martii Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 453. *Libri titulus, Epiſtola dedicatoria & Index rerum notabilium folia implent* 8. *quorum ultimum eſt vacuum. Apud* Euſebium *della* Lena *Lucenſem in candidiſſima pergamena.*

Nicolaus Angelius Bucinenſis clariſſimo viro *Latino Benaſſaio*, Pontificis Maximi a cubiculo S.

Immortalis *M. Tullii* eloquentiae gloria, ornatiſſime *Latine*, tanta hominum admiratione, tot faeculis per omnem orbem celebratur, ut nullius hominis praeconio, non modo creſcere, ſed ne adaequari quidem poſſit = Sed proh dolor, in hac ſublimi ac divina dicendi figura iacturam, ut in caeteris, graviſſimam fecimus. Tantus enim eius Orationum theſaurus, vitio temporum, & librariorum culpa, ad nos mutilus pervenit & mendoſus, ac deploratae ferme correctionis, niſi alter *Piſiſtratus Ciceroni* aliquando accurrerit, qui propoſitis praemiis, doctiſſimum quemque in eius emendationem invitet, quod ille nobili eius generis pietate vir, de *Homero* ante ſuam aetatem membratim diſcerpto, egregie praeſtitit. Verum, ubi caſtigatiſſimum Codicem beneficio *A. Colotii*, *tibi deditiſſimi*, & opera tua in emendationis uſum perlatum inſpeximus, rogatu *Philippi Iuntae*, viri imprimendis libris eximia ſedulitate & cura, collatis in unum plurimis vetuſtiſſimis ac fideliſſimis exemplaribus, in iis innumerabilia ſanavimus, & pleraque quidem letalia vulnera; omnia qui potui in corpore tam lacerato? Studuimuſque, ut hae multo omnium emendatiſſimae, quas aetas noſtra typis excuſas adhuc legit, in hominum manus exirent. Has igitur recognitionis noſtrae operoſas lucubrationes tibi, quem conſtans & illuſtris fama optimis moribus & diſciplinis, ac litteris, tum graecis, tum latinis excultiſſimum pertulit, nuncupamus, iure haereditariae amicitiae, quae quondam, dum Senis humanitatis litteras publico Gymnaſio profiteor, vivo *Auguſtino Dato* praeceptore meo non puden-

do, mihi fuit cum Patre tuo multiplici bonarum artium diſciplina nobiliſſimo, Viro & cive clariſſimo, quem nobis ſpiritu & probitate refers, tantaque ingenii, doctrinae, morum praeſtantia polles, ut apud *Leonem* Pontificem Max. qui eſt litterarum nobile praeſidium, ingeniorumque penſitator acer & iudex, locum honeſtiſſimum inter primores occupes, dignus profecto, qui non modo huiuſmodi munere multiſoni tituli, ſed multo etiam graviore praeconio vivas poſteris illuſtris. Vale.

Poſt Epiſtolam dedicatoriam ſubſequitur index Orationum, quae in hoc volumine continentur, quaeque ſunt XXIX *videlicet* I. *Pro lege* Manilia. II. *Pro* Milone. III. *Pro* Plancio. IV. *Pro* Sylla. V. *Pro* Archia *Poeta*. VI. *Pro* M. Marcello. VII. *Pro* Q. Ligario. VIII. *Pro Rege* Deiotaro *ad* Caeſarem. IX. *Pro* Aulo Cluentio. X. *Pro* P. Quintio. XI. *Pro* L. Flacco. XII. *De reditu ſuo*. XIII. *Ad* Quirites, *& Equites, antequam iret in exilium*. XIV. *Pro domo ſua ad Pontifices*. XV. *In* Vatinium *teſtem*. XVI. *Pro* M. Caelio. XVII. *Pro* Sexto Roſcio *Amerino*. XVIII. *Pro* L. Murena. XVIIII. *De Lege agraria contra* Rullum. XX. *Pro* L. Cornelio Balbo. XXI. *De reſponſis Aruſpicum in* P. Clodium. XXII. *De provinciis conſularibus in* P. *&* G. XXIII. *Pro* Publio Sexto. XXIV. *Pro* C. Rabirio *perduellionis reo*. XXV. *Pro* A. Caecinna *ad recuperatores*. XXVI. *In* L. Piſonem. XXVII *Pro* C. Rabirio Poſthumo. XXVIII. *Pro* M. Fonteio. XXVIIII. *Pro* Roſcio Comaedo.

MDXV. Menſe Aprilis.

Canzoniere di Meſſer Franceſco Petrarcha.

Impreſſo in Florentia per Philippo di Giunta nel .M.D.XV. di Aprile. Leone decimo Pontefice.

8. *fol.* 193. *Index Carminum & nota impreſſionis in fine fol.* 7. *In Biblioth. Dominicanor. olim* Apoſtoli Zeni *Venetiis.*

Fran. Alph. Salutem.

Stampandoſi di nuovo lo excellentiſſimo Poeta *M. Franceſco Petrarcha* nella inclyta Città di Fiorenza in aſſai leggiadra lettera cancellereſca, come ſi vede in queſto volumetto, fui pregato che etiam hora come altra volta lo voleſſi rivedere = & a tale emendatione applicai più l' animo che altra volta, perchè quanto più leggo queſto ſuo Poema, più mi dilecta, più grave mi pare & più ameno, & forſe che queſta evidentia potrà gioſtrare con qualunque altra, & di Venetia, Fano, & d' altronde. Et ora ometto di parlare del già caſtigatore & impreſſor ſuo Sulmonenſe *Aldo Mannuccio*, eſſendo epſo da queſta luce ſubtracto, che veramente fu huomo docto, & di non poco fructo alli ſtudioſi delle Latine & Greche lettere, havendo tanti antiqui, & nuovi autori ridotti in paleſe, & in carattere, & volumi minuſculi, & tanto comodi.

MDXV. Menſe Iulio.

Hoc volumine continentur.

Macrobii interpretatio in ſomnium Scipionis a Cicerone confictum.
Eiuſdem Saturnaliorum Libri ſeptem.
Haec omnia Nicolaus Angelius vir apprime eruditus ſumma diligentia correxit, imprimique curavit.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate .D. XV. ſupra mille,

menſe Iulio. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 278. *Proleg. fol.* 12. *In Feſul.*

Nicolaus Angelius Bucinenſis Iohanni Salviato Iuveni praeſtantiſſimo. S. P.

Quantam ubique iacturam fecerint linguarum omnium diſciplinae, neminem, clariſſime *Io. Sal.* fugit, qui paullo eruditior, mentem animumque retulerit ad veterum monumenta, quibus pauci, ut eſt credibile, de multis, quorum ſcripta cecidere, nomine tantum, aetate noſtra vivunt = Tam grave interimentum ne ſequatur, te in primis, clariſſime *Iohannes*, quem certo gradu ad ſublimia rerum faſtigia progredi videmus, optamuſque, multa adhortantur; eſt enim tibi materna origo ex nobiliſſima *Medicum* Familia, quae fuit ſemper omnium diſciplinarum altrix, & unica alumna; invitat te imitatio *Leonis* Pon. Max. avunculi tui, qui nuper ad reparandam Graecarum litterarum iacturam, accerſivit e media Graecia complures ſpectatae indolis ingenuos pueros, viroſque doctos, per quos ipſi pueri inſtituantur = invitat egregia & multiplex tua doctrina, & bonarum artium, quo mirifice flagras, ſtudium, ut Scriptores, per quos maxime profeceris, poſteris meliores reddas. Nos vero eodem officii genere inducti, qui beneficio *Iacobi* parentis tui ſapientiſſimi, quem magnum virum, & excelſum, urbs noſtra ad omnem occurſum grande ſui praeſidium agnoſcit, primum Florentiae humanitatis litteras publice profitemur, exemplum aliquot veterum ſequuti, impendimus prope iam biennium operam bonis Scriptoribus recognoſcendis= Quod nuperrime accidit in pulcherrima, ac diſciplinarum omnium referta Satur-

nalium *Macrobii* lectione. Reponere enim ſi qua deſunt graeca, codicum unde erant depromta interitu aut defectu, & quae latina, tertio, quartoque libro deſiderantur, quamvis accuratiſſime conquiſita, nulla nobis ratione licuit; in ceteris tamen fuit caſtigatio diligentiſſima = Vale, ac me clariſſimo parenti, in quo multa iacet civitatis ſalus commendatum velis.

MDXV. Menſe Iulio.

ΟΠΠΙΑΝΟΥ ΑΛΙΕΥΤΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕ

OPPIANI DE NATVRA SEV VENATIONE PISCIVM LIBRI QVINQVE.

Impreſſum Florentiae in Aedibus Philippi Iuntae Florentini Anno ab Incarnatione .D. XV. ſupra mille, menſe Iulio, Leone decimo Pontifice. *In fine a. b. c. d. e. f. g. h. quaterniones omnes*. 8. *Romae in Biblioth.* Corſinia.

Bernardus Iunta D. Marco Muſuro viro doctiſſimo S. P. D.

Mecum ſaepenumero, vir doctiſſime, cogitavi, animoque fluctuante non ſemel revolvi, ſi quid aut ingenio perquirere, aut induſtria adgredi, aut viribus perficere poſſem, quod tibi gratum eſſe exiſtimarem. = Nunc autem, Diis auſpicibus, amicorum ope, & tua erga omnes alios non vulgari benignitate fretus, dum Graecorum pariter ac Latinorum ampliora volumina brevibus enchiridiis claudere paro, *Oppiani ἁλιευτικῶν βίβλιον* abs te, aliiſque omnibus literarum haud ignaris maxime laudatum noſtris pulcherrimis typis = iam iam tuo nomine cudere, tuiſque auditoribus, aliiſque Muſarum cultoribus legendum dare viſum

eſt = ut autem libentius hoc legant Opuſculum, poſtquam iſthic apud te tribus exemplaribus, noſtrum tua ope caſtigatius redditum fuit, totidem hic quoque apud nos vetuſtiſſimis codicibus diligentiſſime examinatum eſſe non ignorent. = Quod ſi minora forſan, quam ut te deceant haec tibi noſtra videbuntur munuſcula, non *Muſuri* ingenium, ſingulareſque virtutes, ſed tui *Bernardi* vires, animumque metiri non dedigneris. Vale.

MDXV. Menſe Iulio.

Libri de re Ruſtica a Nicolao Angelio viro conſumatiſſimo nuper maxima diligentia recogniti, & typis excuſi, cum indice, & expoſitione omnium dictionum, Catonis, Varronis, Columellae, Palladii, quae aliqua enucleatione indigebant.

M. Catonis Lib. I.
M. Terentii Varronis Lib. III.
L. Iunii Moderati Columellae Lib. XII.
Eiuſdem de arboribus Liber ſeparatus ab aliis.
Palladii Lib. XIIII.
De duobus dierum generibus, ſimulque de umbris, & horis, quae apud Palladium.

Impreſſum Florentiae opera & impreſſa (*ſic*) Philippi Iuntae. Anno a nativitate .D.XV. ſupra mille, menſe Iulio. Leone decimo Pontifice. 4. *fol.* 359. *computatis Prolegomenis. In Biblioth. Ampliſs. March.* Caeſaris Luccheſinii *Lucae.*

Philippus Iunta Franciſco Victorio viro clariſſimo. S.

Mirabitur fortaſſe quiſpiam, *Franciſce* optime, quod ego, qui abhinc annos circiter decem, libris nova impreſſione cudendis operam totam im-

penderim, nec ex eis aliquem ſub cuiuſpiam nomine ediderim, modo hos quatuor de agricolatione auctores tuo potiſſimum nomini dicarim. Cui quidem, ſi ea, quae in te bonarum artium fulgent ornamenta, praeter ea, quibus domi, foriſque ſplendes, virtutis emblemata perſpexerit, facile obviam eſt ire: praetereo namque illud vetus familiaritatis, & clientelae vinculum, quo maiores mei domui *Victoriae*, iam tum ab ipſo exordio arctiſſime fuere coniuncti, quod unum vel me ſatis ad id hortari debuiſſet. Iure igitur cogitanti mihi iamdiu, cui maxime hos de agrorum cultu libros dicarem, tu ſolus in primis occurriſti, qui a Senatu Florentino miſſus maximis de rebus Orator, Caeſareum Imperatoris numen tam gravi ac dulci oratione ad tuae Reipublicae vota impuliſti, ut re bene geſta, merito te eadem ad *Iulium* prius, tum ad *Leonem* Pont. Max. rurſus Legatum miſerit, nuperque Roma rediens, magna cum tuorum civium admiratione, ad Chriſtianiſſimum Galliae Regem Orator iterum crearis = Ubi quantum curae, ac laboris, ne una quidem macula ineſſet, impenderimus, quum ex novis typis, tum ex aliorum exemplarium mendis facile erit dignoſcere. Accedit praeterea *Nicolai Angelii* Bucinenſis, tui quondam praeceptoris accuratiſſima caſtigatio, qui quidem vir de utraque lingua benemeritus, ſuis lucubrationibus multa turgida reſecuit, hiantia ſupplevit, carioſa polivit, tumentia complanavit; adiecto item vocum indice = Me tu interea ut fidum clientem, cum nova prole hac oblata confove. Vale.

MDXV. Menſe Iulio.

Ε'ν τῷδε τῷ βιβλίῳ τάδε περιέχεται

Α'φθονίου σοφιςοῦ προγυμνάσματα.
Ερμογένους ῥητορικά.

In hoc Volumine haec continentur.

Aphthonii (1) Sophiſtae praeludia.
Hermogenis Rhetorica.

Impreſſum Florentiae in aedibus Philippi Iuntae Florentini, Anno ab Incarnatione .D.XV. ſupra mille, menſe Iulio, Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 216. Aphthonius *folia habet* 24. Hermogenes 192. *In Biblioth.* Magliab. *& apud Eminentiſs. Card.* De Brienne.

Bernardus Iunta Laurentio Benevenio S. P. D.

Quum ſtudioſis, Muſarumque cultoribus, nedum in patria civibus, ſed toto paſſim omnibus terrarum orbe, pro viribus rem gratam facere, opemque ferre, & rationi conſentaneum, & mihi non inſuetum eſſe animadverterem, venit in mentem novis litterarum typis, nova Graecorum, atque Latinorum volumina idcirco cudere, ut & illis utilis eſſem, & mihi quoque viam pararem, qua me quoque poſſem tollere humo, victorque virum volitare per ora. Quamobrem quum Grammatices *Theodori* quadripartitum libellum, *Apolloniique*, ac *Demetrii*, nec non *Lecapeni*, & aliorum Grammaticorum enchiridia perſolviſſem, non tibi id-

(1) *In editione per errorem legitur* Auſonii.

circo dicata, quia noctuas Athenis mittere exiſtimaſſem, ſi tibi Grammatices praecepta reſerare velle paraſſem, *Laurentii* ſui non amplius immemorem eſſe *Bernardum* operae pretium eſſe duxi. Quapropter *Aphthonii* Sophiſtae (1) praeludia, & *Hermogenis* Rhetoricen iam iam doctioribus tradendam, tuo nomini dicare viſum eſt. = Noſtros igitur hilari, qua damus fronte, en accipe labores. Huius opera continua lectione percurras, noſtri, tuique *Bonini* impreſſorum operis errores, acrius, ut puto, caſtigantis non immemor. Vale.

MDXV. Menſe Septembris.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΚΩΜΩΔΙΑΙ ΕΝΝΕΑ (2)

Πλοῦτος	Νεφέλαι
Βάτραχοι	Ἱππεῖς
Ἀχαρνεῖς	Σφῆκες
Ὄρνιθες	Εἰρήνη
Ἐκκλησιάζουσαι	

Ariſtophanis Comoediae novem.

Plutus.	Nebulae.
Ranae.	Equites.
Acharneis.	Veſpae.
Aves.	Pax.
Contionantes.	

(1) *Memorat hanc editionem* Fabricius *Biblioth. Graec. Tom.* IV. *pag.* 449. Aphthonium *&* Hermogenem *iunctim prodiiſſe crediderim; folia enim quae primum excipiunt, ſignantur in calce litteris a, b, c; ſecundum autem d, e, f. &c. ſed quum* Harvood *in catal. ſolum* Hermogenem *nominet pag.* 83. *forte etiam ſeparatim prodiit, quod ex oculari ſignaturae inſpectione erui facile poteſt.*

(2) *Quum novem tantum Comoediae in fronte indicentur, & ſe-*

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate . D. XV. ſupra mille. Menſe Sept. Leone X. Pontif. 8. *maiori fol.* 246. *In Feſul.*

Bernardus Iunta nobili Patricio *Domino Franciſco Accolto* electo Epiſcopo Anconitano S. P. D.

Vt noſtrae iamdudum (primiſque, ut aiunt, ab incunabulis) contractae amicitiae iam aliquid concedere, tibi lubens nonnihil impertiri velle videar *Ariſtophanis* Comici Poetae, novem, quas hactenus habere licuit Comoedias, quam potui diligentius caſtigatas, tuo nomine cudendas, tibique emendandas, his hodie dare viſum eſt, qui novis, ac ſane pulcherrimis typis nova quotidie apud nos Graecorum pariter ac Latinorum volumina cudunt. Putabam, vir doctiſſime, duas quoque notioribus his addere poſſe, nondum ab aliis impreſſas, quae cito forſan abs te, noſtra ope his novem comitatae, legi poterunt, ni forſan *Euphroſyni Bonini* praeceptoris tui, & aliorum tuorum, pariterque noſtrorum amicorum, promiſſa inrita, quod credere nequeo, in leves abibunt auras = Vale, ami-

---

& ſeparatim a duobus aliis paullo poſt publici iuris factis in manus nonnullorum vagentur, hinc cauſſa errandi ſuborta eſt. Nonnulli enim, inter quos Menagius *in ſuo* Antibailletio *Part.* II. *pag.* 134. *opinati ſunt, novem, & non undecim* Ariſtophanis *Comoedias fuiſſe a* Bernardo Iunta *impreſſas. Hanc autem* Ariſtophanis *editionem diverſam eſſe ab illa, quae* Iuntinis *typis decennio poſt prodiit ab* Antonio Francino *recognita, animadvertit* Petrus Burmannus *ſecundus in Praef. ad* Ariſtoph. *cum notis varior. Lugd. Batav. apud* Sam. *&* Io. Luchtmans MDCCLX. 4.

corum noſtrorum non ultime, his quoque meliora iam iam a nobis accepturus, ſi prima haec noſtra munuſcula, etſi tanto viro parum digna, tibi grata eſſe intellexero.

MDXV. Menſe Septembris.

M. T. Ciceronis Philippicae.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate . D. XV. ſupra mille menſe Sept. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 108. *In Feſul.*

Bernardus Iunta Antonio Nerlio S.

Cogitanti mihi, humaniſſime *Antoni*, cui *Ciceronis* Philippicas, altum dicendi genus, magna cura a *Nicolao Angelio Bucinenſe*, Rhetore conſummatiſſimo nuper recognitas, & in noſtra officina ſumma diligentia impreſſas dicarem, tu inprimis hac dicatione digniſſimus occurriſti, quippe qui Ciceronianum fontem ſaepe potatus, ex hoc noſtro enchiridio iucundiſſimam voluptatem hauries, & ipſum tuis auſpiciis publicatum, de tuo nomine ſibi decorem maximum comparabit. Quae namque tua in litteris eruditio? quae morum integritas? = poſthac ſi Dii noſtro incepto ſubſcripſerint, accepturus maiora, praeſertim ſi hanc noſtram imprimendi provinciam non ſpernabere = Vale.

MDXV. Menſe Octobris.

M. F. Quintilianus.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a nativitate . D. XV. ſupra mille

menſe Octob. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 270. *Proleg. fol.* 4. *In Feſul.*

Philippus Iunta Roberto Acciaiolo Patricio Florentino S. P. D.

Nicolaus Angelius Bucinenſis qua ſit utriuſque linguae peritia, quaque examinis ſolertia, ſcriptorum virtuteſque & vitia coeleſti quodam naturae beneficio, expendat, te, *Roberte Acciaiole*, quod eo ſis aliquando praeceptore uſus, ut plurimi urbis noſtrae viri doctiſſimi, nequaquam fugit. Huius tam eruditi hominis opera & induſtria ſumus ad communem litteratorum utilitatem citra biennium uſi, in recenſendis optimis quibuſdam latinis Auctoribus, qui poſtea typis noſtris excuſi, in hominum manus, omnium emendatiſſimi, qui ad hanc diem circumferuntur, una legentium voce, & eruditorum adprobatione, exivere. Idem *Nicolaus* nuper rogatu noſtro ſuſcepit recognoſcendas, *Fabii Quintiliani* Oratorias, cuius rei eſt conſultiſſimus, & publice Profeſſor, inſtitutiones, maximo ſane ſtudio, ac diligentia, ſed minore, (quod ipſe mecum indoluit) ſucceſſu & faelicitate. Plurimis enim in unum exemplaribus undique collatis, nulla eorum ope, aut hominis coniectura, licuit aliquot reponi locos, qui in tam bono auctore valde deſiderantur, deterſit alioqui in eo maculas plurimas. Has diligentes recognitionis lucubrationes ſuas, tuo potiſſimum nomini nuncupandas volenti mihi, perſuaſit, quod eo eſſes nobiliſſimae familiae ſplendore, tanta bonarum artium eruditione, quae a clariſſimis Maioribus tuis, ac proxime a *Donato* parente tuo praeſtantiſſimo, viro ſuis ſcriptis immortali, tibi haereditaria eſt, quod eam in te iudicii gravitatem,

ingenii magnitudinem, rerum perſpicientiam & nos admiremur, & nuper *Leo* Pont. Max. & paullo ante Galliae Rex, quum Florentina Legatione apud eos honorificentiſſime fungereris, non ſine admiratione ſenſerint = Vale.

MDXV. Menſe Octobris.

C. Plinii Caecilii Secundi Novocomenſis Epiſtolae omnium quae hactenus prodiere purgatiſſimae.

Eiuſdem Panegyricus Traiano dictus.
Eiuſdem de Viris illuſtribus in re militari, & in adminiſtranda Rep.
Svetonii Tranquilli de claris Grammaticis & Rhetoribus.
Iunii Oſequentis (*ſic*) Prodigiorum Liber.
Tabula in totum volumen.
Traductio Graecarum dictionum, quae paſſim volumini ſunt inſertae.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae Anno a Nativitate. D. XV. ſupra mille, menſe Octob. Leone decimo Pontifice. 8. *f.* 493. *Dedicatio, & interpretatio Vocum Graec. fol.* 4. *Index rerum notabil. fol.* 12. *In* Feſul.

Io. Franciſcus Zeffus Pe. Franciſco Medici Viro Clariſs. S.

Inter Latinos Scriptores, *Pe. Franciſce Medices*, Vir Clariſſime, *Caecilium Plinium* minime adſpernandum, vel hi qui tantum de nomine norunt, non dubitant = Hunc igitur tantum talemque Librum, quum & tu eiuſmodi Scriptorum purae incorruptaeque lectioni apprime ſtudeas, & ego id tam neceſſarium, quam iucundum putem, multis

in unum collatis exemplaribus tibi, qualem potui, reformavi = Vale.

Poſt interpretationem graecarum vocum in toto Opere occurrentium, occurrit Epiſtola inſcripta; Io. F. Zeffus ſtudioſis.

Etſi aliorum periculo didici, & lubricum, & minime praeclarum eſſe, dare in vulgus, ſi quem ex antiquis Scriptoribus, ſummo tamen labore, ſumma induſtria meliorem feceris = amicorum tamen victus precibus, hoc *Caecilii* volumen, ex iis, quae purgavimus vobis, quaſi guſtum damus, daturi mox alia, ſi haec non fuerint improbata &c.

MDXV. Menſe Novembris.

Gli Aſolani di Meſſer Pietro Bembo.

Impreſſo in Florentia per Philippo di Giunta nel M. D. XV. di Novembre. Leone decimo Pontefice. 8. *f.* 120. *In Feſul Heic quoque, ut in editione Anni* M D V. *de qua ſupra, praecedit Epiſtola* Petri Bembi a Madonna *Lucrezia* Eſtenſe Ducheſſa illuſtriſſima di Ferrara.

MDXV. Menſe Novembri.

In hoc Libro haec continentur.

Conſtantini Laſcaris Byzantini de octo partibus orationis Lib. I.
Eiuſdem de Conſtructione Liber ſecundus.
Eiuſdem de Nomine & Verbo Liber tertius.
Eiuſdem de Pronomine & omni idiomate loquendi, ac ut Poetae utuntur Opuſculum.
Cebetis Thebani Tabula.
Plutarchi de his quae apud Homerum linguis.

De

De litteris graecis, ac diphthongis, & quemadmodum ad nos veniant. (1)
De poteſtate litterarum graecarum, & quomodo quis per ſe diſcat legere graeca verba.
Item quare Chriſtus, & Ieſus ſic ſcribimus Xps. IHS.
Cur in alphabeto hypſilon quibuſdam fio dicitur.
Oratio Dominica & duplex ſalutatio ad Beatiſs. Virginem.
Symbolum Apoſtolorum.
Evangelium Divi Ioannis Evangeliſtae.
Carmina aurea Pythagorae.
Phocylidis Poema ad bene, beateque vivendum.
Introductio perbrevis ad hebraicam linguam.
Omnia haec cum interpretatione latina.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate. D. XV. ſupra mille, menſe Novembri. Leone X. Pontifice. 4. *f.* 288. *In Feſul. & in Biblioth. Scholar. Piar. olim* Alex. Politi.

Bernardus Iunta Petro Victorio, Pauli filio S. P. D.

Dum ſopitos ne dixerim ſepultos graiae Theſpiados olim cultores a longo, ſi fata darent, ſuſcitare ſomno tentamus, dum profugas plus aequo Camoenas Italis oris reddere, & primo has iterum amiſſas, dulci patria donare molimur, non ignari ſumus, optime Adoleſcens (*ſic*), onus noſtris im-

(1) *Hi, & qui ſequuntur tractatus nova in calce paginarum ſignatura occurrunt ad finem Grammaticae* Aldinae *recuſae Florentiae per heredes* Philippi Iuntae MDXIX. 4.

par humeris, ac enervatis viribus ſuſcepiſſe. Attamen *Euphroſyni Bonini*, aliorumque amicorum noſtrorum ope, ingenio, ac doctrina, non iniuria freti, optatam metam, Diis tamen auſpicibus, teque duce, contingere minime dubitamus. Quapropter, quum hactenus, quas habendi copia data eſt *Ariſtophanis* Comoedias, *Hermogenis* Rhetorica, *Oppiani* *ἁλιευτικὰ*, & alia pleraque, nec adſpernanda, quae longum eſt referre, ſtudioſis legenda dediſſem, non ignorans quam neceſſaria ſint, vel eruditiſſimo cuivis minima quaeque Grammatices praecepta, venit in mentem *Conſtantini Laſcaris*, quem inclyta quondam genuit Byzantium pulcherrima ſcripta pulcherrimis noſtris typis cudere, antiquae parentum noſtrorum amicitiae aliquid condonare, tuoque nomini, Amicorum optime, dicare = Hunc igitur, ſi Graeci te trahunt auctores nocturna verſato manu, verſato diurna. Quod ſi, ut puto, effeceris, & tibi apprime utile, & mihi gratiſſimum erit; nec non & peritiſſimo genitori tuo non diſſimilis aliquando forſan efficieris, cuius virtutes, morumque integritas & tibi, & aliis omnibus acrius inſpicientibus, optimum exemplar laudabilis honeſtaeque vitae uberrime dare poterunt = Obiter vale, noſtri non immemor.

M D X V.

Ε'ν τῷδε τῷ βιβλίῳ τάδε περιέχεται.
Α'πολλωνίȣ Α'λεξανδρέως περὶ συντάξεως.
Μεγάλȣ Βασιλίȣ περὶ γραμματικῆς γυμνασίας.

In hoc Libro haec continentur.

Apollonii Alexandrini de Conſtructione.
Magni Baſilii de Grammatica exercitatione.

Impreſſum eſt hoc opus Grammatices Apollonii Alexandrei, Magnique Baſilii ſane acri calamo caſtigatum Florentiae. In aedibus Philippi Iuntae Florentini Bibliopolae. Pontificatus ſanctiſſimi Leonis X. Papae noſtri anno tertio. Anno Dominicae Incarnationis. M. D. XV. 8. *fol.* 160. *Deſinit* Apollonius *in fol.* 139. *& in averſa pag. incipit M.* Baſilii *Opuſculum, quod progreditur uſque ad finem Libri. In* Magliab.

Euphroſynus Boninus Artium, & Medicinae Doctor *Chriſtophoro Serniſio* ſuo S. P. D.

Dum tibi Mnemoſynes naturam, dum tibi Apollinis dulce melos adeo, ſuaviſſime *Chriſtophore*, cordi eſſe video, ut inter laborioſa fori faſtidia, mercatorioſque fluctus ἄμουσος nequaquam penitus eſſe patiare, neceſſarium eſſe exiſtimavi noſtras tibi quoque nugas impartiri. Quapropter *Apollonii* Alexandrei de Conſtructione libellum, Magnique *Baſilii* Grammaticas breves ἐξετάσεις, opus, ut aiunt, natum apud me proxima foetura, idcirco tibi potius dicandum eſſe putavi, ut ſi qua = errata invenies, clementiſſime = nobis indulgeas, meque non Poetarum, non Rhetorum, non Grammaticorum praeceptis imbutum eſſe memineris, ſed aut febribus, ut medicum par eſt, pellendis, aut igne, ferroque ſecandis ἕλκεσι doctiorem eſſe non ignores = Haec interim legere, legendoque acrius caſtigare non dedignaberis. Vale.

MDXVI. Kal. Februarii.

ΕΝ ΤΗι ΔΕ ΜΙΚΡΑ ΒΙΒΛΩι ΤΑΔ'ΕΝΕΣΤΙΝ.
Α'ριστοφάνους θεσμοφοριάζουσαι.
Τοῦ αὐτοῦ Λυσιστράτη.

In hoc parvo libro haec inſunt.

Ariſtophanis Cereris ſacra celebrantes.
Eiuſdem Lyſiſtratae.

His ſumma manus impoſita eſt, quinto Kal. Februarii M. D. XV. (*ſcilic. ab Incarnatione*) Leonis Papae noſtri anno tertio. 8. *fol.* 54. *In Feſul.*

Bernardus Iunta nobili Patritio Domino *Franciſco Acculto* electo Epiſcopo Anconitano. S. P. D.

Aldus Manutius Romanus, vir ſane eruditus, ſtudioſorumque amiciſſimus novem iampridem *Ariſtophanis* Comoedias cudendas diligentiſſime curavit. Eaſdem heic quoque nos maxima diligentia recognitas, ſummoque labore caſtigatas noſtris typis meliores reddere conati ſumus, quibus abſolutis, tuoque nomini dicatis, polliciti ſumus, data copia, alias quoque novem illis addere. Venit, mi *Franciſce*, expectata dies illa, in qua ex Vrbinate Bibliotheca antiquiſſimum *Ariſtophanis* exemplar nacti ſumus, ibique inter alias Λυσιςράτην καὶ Θεσμοφοριαζούσας, ideſt Lyſiſtratem, & Cereri ſacrificantes foeminas, non alias viſas Comoedias invenimus, haſque & tuo nomine cudere, tibique dicare, amicorum optime, viſum eſt. Nec te ignorare velim, vir doctiſſime, plus aliis truncatas, mutilataſque has eſſe Comoedias, quibus emendandis lynceis, ut aiunt, oculis opus fuiſſe non dubites, quamobrem ſi quid in eis fortaſſe

invenies, quod tuas plus aequo purgatiſſimas laedat, laceretque aures, non nobis, noſtraeque erga te amicitiae ac potius obſervantiae, ſed exemplarium penuriae tribuas, atque raritati concedas. Vale, noſtri noſtrarumque lucubrationum non immemor. Florentiae .x. Ianuarii. M. DXV.

Clauditur in fine liber tali monito: Bernardus Iunta Lectori. S.

Habes, candide Lector, nuſquam hactenus impreſſas binas *Ariſtophanis* Comoedias, Sacrificantes feminas, atticamque Lyſiſtraten, quas ex Codice adeo vetuſto excerpſimus, ut altera interdum dictionis pars ibi deſideretur, Si quid igitur in illis, quod tibi moleſtum ſit invenies, quia ἀπαραλλάκτως cudere voluimus, id eveniſſe ſcias. Vale.

MDXVI. IV. Kal. Iunii.

Ξενόφωντος ἅπαντα τὰ εὑρισκόμενα.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΗ, ΒΙΒΛΩ.	HAEC IN HOC LIBRO CONTINENTUR.
Ξενοφῶντος κύρου παιδείας.	Xenophontis Cyropedias.
Τοῦ *αὐτοῦ ἀναβάσεως.*	Eiuſdem Anabaſeos.
Τοῦ *αὐτοῦ ἀπομνημονευμάτων.*	Eiuſdem Apomnemoneumaton.
Τοῦ *αὐτοῦ κυνηγετικός.*	Eiuſdem venatoria.
Τοῦ *αὐτοῦ ἱππαρχικός.*	Eiuſdem de re equeſtri.
Τοῦ *αὐτοῦ περὶ ἱππικῆς.*	Eiuſdem de equis alendis.
Τοῦ *αὐτοῦ Λακεδαιμονίων. πολιτεία.*	Eiuſdem Lacedemonum Reſp.
Τοῦ *αὐτοῦ ἀθηναίων πολιτεία.*	Eiuſdem Athenienſium Reſp.
Τοῦ *αὐτοῦ οἰκονομικά.*	Eiuſdem Oeconomica.

Τοῦ αὐτοῦ ἱέρων.	Eiuſdem hieron.
Τοῦ αὐτοῦ συμπόσιον.	Eiuſdem Sympoſium.
Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἑλληνικῶν.	Eiuſdem de Graecorum geſtis.

Impreſſum Florentiae in aedibus Philippi Iuntae Florentini Anno a ſalutifera Incarnatione . M . D. XVI. Quarto Kal. Iunii. Pontificatus Sanctiſſimi Leonis Papae noſtri anno quarto *fol.* 190. *In Biblioth. Dominicanor. olim* Apoſt. Zeni *Venetiis*, & *apud Eminentiſs. Card. De Brienne*, *cuius exemplar conſului.*

Euphroſynus Boninus Laurentio Salviato, Jacobi filio, *Leonis* Decimi Pontificis Maximi nepoti, Patrono ſuo Εὐπράττειν.

Homini hominem, optime *Laurenti*, natum eſſe, & veterum auctorum dicta confirmant, & rerum omnium magiſtra experientia docet. Hoc diu cogitans = *Philippus* noſter *Iunta* Bibliopola, omni ingenio, ſumptu, labore, cura ac diligentia ſtudioſis iuvenibus opem ferre conatus eſt. Quamobrem pulcherrimos typos nactus = acrius caſtigata, diligentius recognita, multiſque vetuſtis codicibus collata latina dedit volumina = idem nobis in graecis quoque Auctoribus praeſtare volens, *Chryſolorae Manuelis Grammaticen* magno ſumptu ſibi paratis, nulliſque aliis ſecundis typis cudere non dubitavit. Dein *Conſtantini Laſcaris*, quem inclyta quondam genuit Byzantium Grammatices, non inutile protulit opus. His *Theodori* quadripartitum Opus adiecit; nec etiam *Apollonii* (1) Grammatices neceſſaria praecepta neglexit; his doctam *Hermogenis* Rhetoricen adiunxit *Heſiodi*, *Theocritique* non

(1) Legendum eſt Aphtonii.

immemor. Dein *Ariſtophanis* Comoedias adgreſſus, binas ex Vrbinate Bibliotheca prioribus adiecit, dein *Aeſchyli* quot habere licuit, praebuit Tragoedias. At modo = melioribus intentus auctoribus *Xenophontis* Opus, doctiſſimum ſane, proxima apud illum faetura natum, doctioribus legendum dare non erubuit = quod ſi tibi gratum eſſe intelliget, *Dionyſii* de Divinis Nominibus, deque Angelica Hierarchia incoepto Operi ſummam, mox alia tentaturus, imponet manum. Haec interim & lege, & vale, noſtri non immemor. XII. Iulii, humanae Reparationis an. MDXVI. *Leonis* Papae noſtri an. IV. *Inde legitur* Leonis X. *P. M. Privilegium, ut alibi.*

MDXVI. XXIX. Iulii.

Τάδε ἔνεςιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίȣ Διονυσίου.

Περί τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας. κεφάλαια ιε'.
Περὶ θείων ὀνομάτων. κεφάλαια ιγ'.
Περὶ τῆς ἐκκλησιαςικῆς ἱεραρχ. κεφάλαια ζ'.
Περὶ μυςικῆς θεολογίας. κεφάλαια ε'.
Ἐπιςολαί.
Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Διονισίου.

Haec inſunt in hoc Libro S. Dionysii.

De Eccleſiaſtica Hierarchia. Cap. XV.
De Divinis Nominibus. Cap. XIII.
De Pontificali Dignitate. Cap. VII.
De Myſtica Theologia. Cap. V.
Epiſtolae. X.
Martyrium Sancti Dionysii.

Impreſſum eſt hoc aureum Dionysii Opus in aedibus Philippi Iuntae Bibliopolae, anno ſaluti-

ferae Incarnationis. M. D. XVI. die XXIX. Iulii. Pontificatus Leonis Decimi anno quarto. 8. *fol.* 190. *In* Marucell.

Poſt adlatum Libri titulum in hoc volumine continentur: Πρόλογος εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον (*nempe Prologus S. Maximi*) Σχόλια (*quae quatuor paginas continent, ex illo Prologo partim deſumpta*) Ἑρμήνεια λέξεων κατὰ ϛοιχεῖον, ἐμφερομένων τῇ δὲ τῇ βίβλῳ. Περὶ τῆς ὀρανίας ἱεραρχίας κεφάλαια ιέ. Περὶ θείων ὀνομάτων κεφάλαια ιγ′. Περὶ τῆς ἐκκλησιαϛικῆς ἱεραρχίας κεφάλαια ζ′. Περὶ μυϛικῆς θεολογίας κεφάλαια έ Ἐπιϛολαὶ ί. (1)

Subiungitur in fine fragmenta quaedam graece. Πολυκράτȣς Διαδόχȣ ἀρχιεπισκόπȣ Ἐφέσȣ ἐκ τῆς ἐπιϛολῆς τῆς περὶ Βίκτορα τὸν Διάδοχον καὶ ἀρχιεπίσκοπον τῆς μεγάλης Ῥώμης: Κλήμεντος πρεσβυτέρȣ Ἀλεξανδρίας ἡγȣμένȣ τῆς σχολῆς ἐκ τȣ̃ ἐπιγέγραμμένȣ αὐτῷ λόγȣ, τίς ὁσωζόμενος πλȣ́σιος. (*Hiſtoria de adoleſcente, quem divus Ioannes cuiuſdam presbyteri curae crediderat*) Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιϛευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ χριϛιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένȣ λόγȣ αὐτῷ, περὶ βίȣ θεωρητικȣ̃ περὶ ἱκετῶν. Μαρτύριον τοῦ ἁγίȣ Διονυσίȣ Ἀρεοπαγίτου. (*Auctore* Methodio, *vel, ut alii*, Metrodoro.

Habetur in principio Leonis X. Pont. Max privilegium dilectis filiis *Philippo* de *Giuntis*, & eius filiis, Bibliopolis Florentinis. Datum Florentiae

(1) *Tandem ſequitur* Leonis X. *privilegium in favorem* Iuntarum, *quod alibi innuimus.*

ſub Annulo Piſcatoris. Die xv. Februarii M. D. XVI. Pont. noſtri anno tertio. *A. Colotius.*

MDXVI. XXIX. Iul.

Il Decamerone di Meſſer Giovanni Bocchaccio nuovamente ſtampato con tre Novelle aggiunte.

Impreſſo in Firenze per Philippo di Giunta Fiorentino, & con grandiſſima diligentia emendato. M. D. XVI. A dì XXIX. Luglio. 4. *minori. pag.* 329. *ex una parte numeratis. Praefatio, & Ind. Novellar. p.* 8. *In Biblioth. olim* Apoſtoli Zeni, *nunc ex eius legato* Dominicanorum *Venetiis, vulgo* alle Zattere.

In averſa prima pagina, quae titulum praefert, legitur: Meſſer *Giovanni Bocchaccio* al Lettore.

Neſſuna coſa, quantunque allegra, accade a miſeri mortali, che col tempo contrario effetto allanimo non porga. Quandio inteſi eſſer trovato lo imprimer dei libri preſi tanta letitia, quanto mai daltra coſa, che a mia orechi perveniſſi, giudicando la mal tractata inopia di quelli, in laudabile fertilità havere ad convertirſi, il che ſarebbe accaduto, ſe gli impreſſori, non meno alla comune utilità, che al privato guadagno haveſſino havuto lochio. Ma tale avidità inſieme con la audacia di molti, i quali ſtimano meglio intendere la lingua altrui, che quegli che in eſſa ſon nati, & negli ſtudii delle Lettere exercitati, in luogho di correggere ha ſcorretti molti libri, & in fra queſti, pretermettendo l'opere degli altri, in molti luoghi bruttamente ha corropte, & più haria guaſte le mia, ſe la buona intentione di *Philippo* di *Giunta* non ci haveſſi

poſto mano, il quale raccolti più teſti dallo originale tranſcripti, ha nuovamente impreſſo il mio *Decamerone*, adoperando il iudicio di più docti huomini fiorentini, in forma che l' ha ridocto in quel termine, che veramente ſi può dir mio, però che non era altrimenti facto, quando uſcì delle mia mani. Piglia adunque, o lectore, con proſpera fortuna queſte mia novelle, per relevar l'animo nelli occorrenti caſi affatticato, & in brieve aſpecta tutte, o gran parte delle mie opere in ſimil forma corrette.

Cl. Fr. Dominicus Mar. Pellegrinus *haec mecum per litteras dat.* IX. *Febr.* MDCCLXXXVIII. *de hac rariſſima editione humaniſſime communicavit:* Quanto al *Boccaccio* di *Filippo Giunti* del MDXVI. ſtampato in Firenze deſſo è propriamente in 4. piccolo, non in ottavo, in carattere corſivo, paſſabilmente bello, con figure in legno goffe, e rozze, anzi che nò, poſte in fronte alle Giornate, e appreſſo che a tutte le Novelle, eſprimenti il racconto (tranne alcuna ripetuta, ed altra mal collocata) co' nomi ancora delle perſone. Il titolo nel mezzo della prima facciata è il ſeguente: *Decamerone di Meſſer Giovanni Bocchaccio nuovamente ſtampato con tre Novelle aggiunte.* e nel roveſcio della facciata: *Meſſer Giovanni Bocchaccio al Lettore. Neſſuna coſa &c.* O' oſſervato eſattamente l' ortografia della ſtampa, per farne vedere la corriſpondenza coll' edizione del *Petrarca* ſopra MDIIII. riportata, e far conoſcere giuſta la rifleſſione del Ch. *Zeno* nelle Annotazioni Tomo II. pag. 185. alla citata Biblioteca del *Fontanini*, circa le ſtampe de' *Giunti*. Intorno poi alla lettera a nome del *Boccaccio*, mi ſia permeſſo di dire, che vane mi paiono le rifleſſioni fatte dal *Maz-*

zucchelli dietro altri ſcrittori, troppo chiaro ſembrandomi doverſi intendere nella ſteſſa guiſa, che s' intende la prefazione al *Petrarca* dello ſteſſo ſtampatore A. MDIIII. in cui ſi fa parlare il *Petrarca* come ritornato in patria. E forſe che la ſomiglianza del penſiero nella Prefazione tenuto, potrebbe prenderſi per non lieve argomento, il medeſimo eſſere ſtato l'autore di tutt' e due; corriſpondevi inoltre lo ſtile, e l'ortografia. Quanto poi alle lodevoli correzioni fattevi dal *Giunta*, come dice il citato *Mazzucchelli* citando il *Buonamici* nella Replica al *Rolli*, ed aſſegnandone per eſempio la Novella II. della Giornata IV. e la Nov. V. (forſe avra voluto dir IV.) della Gior. VIII. avendone fatto un attento confronto, non ſeppi oſſervarvele e non meritano di eſſere ſotto queſt' aſpetto conſiderate. Tutto ciò che v' a di libero in quelle novelle, vi è nè più, nè meno anche nell' edizione di cui ſi tratta; quand' altri non voleſſe conſiderare per troppo lodevole correzione, e da conſiderarſi aſſai, l'aver laſciate nella citata Novella della Giornata VIII. le due ultime parole, che quì ſegno: la Ciutazza guadagnò la camicia, *e la buona notte*. Delle tre Novelle aggiunte non parlo, eſſendo già note per altre edizioni. L'edizione è con numerazione di pagine, e con regiſtro &c.

Haec eadem editio ſervatur in Bibliot. Petri Antonii Crevennae *vid. Catal. Tom.* IV. *pag.* 181. *ubi ſubiungit* = l'edition de 1516. que nous annonçons eſt eſtimée & fort rare = Voiez *Clement* de *Bure* & ſpecialement *Haym* de la nouvelle edition de Milan. Mannius *in illuſtrazione* Boccaccii *Florentiae anno* 1742. 4. *pag.* 638. *hanc deſcribit editionem, quae olim in celebri Strozziana Bibliotheca deliteſcebat, ſubiicitque:* queſta à le figure in legno

a tutte le Novelle. Vi è una breve prefazione al lettore con queſto mentito titolo: *Meſſer Giovanni Bocchaccio al lettore*; lo che non eſſer ſuo lavoro ſi deduce, ſe non altro dal farviſi per entro menzione dell'arte della ſtampa non per anco eſcogitata, non che trovata. Le tre Novelle che vi ſono aggiunte ſon quelle che ora ſi leggono in fine delle Novelle antiche.

MDXVI. Menſe Auguſti.

Sancti Baſilii de Liberalibus ſtudiis & ingenuis moribus Liber per Leonardum Arretinum ex Graeco in Latinum converſus.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae anno a Nativitate DXVI. ſupra mille, menſe Auguſti. Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 12. *In Biblioth. Servor. B.* Mariae.

MDXVI. X. Kal. Octobr.

ΕΓΧΕΙΡΙΔΙΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗΣ.
ΕΝ ΤΗι ΔΕ ΤΗι ΒΙΒΛΩι ΤΑΔΕ ΕΙΣΙ.

Ἐρωτήματα τοῦ χρυσολωρᾶ.
Περὶ ἀνωμάλων ῥημάτων.
Περὶ σχηματισμοῦ τῶν χρόνων, ἐκ τοῦ χαλκονδύλου.
Θεοδώρου περὶ συντάξεως.
Ἡρωδιανοῦ περὶ ἐγκλιτικῶν.
Γνῶμαι μονόστιχοι ἐκ διαφόρων ποιητῶν.
Κάτωνος ῥωμαίου γνῶμαι ἃς μετήνεγκεν ἐκ τῆς λατίνων φωνῆς εἰς τὴν ἑλληνίδα διάλεκτον μάξυμος μοναχὸς ὁ πλανούδης. (1)

(1) Mattairius *loc. cit. Tom.* II. *pag.* 294. *partem ſolummodo huius collectionis vidit, dum ſub anno* MDXVI. *innuit: Catonis* Romani ſententiae *Planude* interprete 8. Euphroſynus Boninus Aloyſio Alamanno.

ENCHIRIDIVM GRAMMATICES. IN HOC LIBRO HAEC SVNT.

Erotemata Chriſolorae.
De anomalis verbis.
De formatione temporum Chalcondilae.
Theodori de conſtructione.
Herodiani de encleticis.
Sententiae unius carminis ex diverſis Poetis.
Catonis Romani ſententiae, quas tranſtulit ex latina voce in graecam linguam Maximus Monachus Planudes.

Impreſſum Florentiae in Aedibus Philippi Iuntae Florentini, anno a ſalutifera incarnatione. M. D. XVI. Decimo Cal. Octob. Pontificatus Sanctiſſimi Leonis Papae noſtri anno quarto. 8. *Conſtat. foliis 285. ex utraque parte numeratis. In Feſul.*

Legitur in principio eadem Epiſtola, quae recurrit ſupra ſub Ann. MDXIV. I. *Februarii ita inſcripta.* *Euphroſynus Boninus Aloyſio Alamanno* S. P. D. Quum graiae te arduum Theſpiados montem &c.

MDXVI. Menſe Octobris.

M. T. C. De Natura Deorum Lib. III.
De Divinatione Libri II.
De Fato Liber I.
De Legibus Libri III.
Academicarum Quaeſtionum Libri II.
De finibus bonorum, & malorum Libri V.
Q. C. De petitione conſulatus ad M. T. C. fratrem Lib. I.
De Vniverſitate Lib. I.
De ſomnio Scipionis ex ſexto de Rep. Lib. I.

De re militari Lib. I.
Omnia a Nicolao Bucinenſi diligenter caſtigata.

Impreſſum Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae. Anno a Nativitate. D XVI ſupra mille. Menſe Octob. Leone Decimo Pontifice. 8. *fol.* 351. *In fine legitur Privilegium* Leonis X. Philippo Iuntae *impreſſori, eiuſque filiis conceſſum, & Index rerum notabilium, quae omnia octo implent paginas. In Feſul.*

Bernardo Divitio Bibienenſi, Cardinali maxime Reverendo, *Nicolaus Angelius Bucinenſis.*
S. P. D.

Si par legentium gratia, recognitionis laborem ſequeretur, multo certe forent, Pontifex permagne, eruditorum ſtudia, in auctorum caſtigationem, qui paſſim in dies magis lacerantur, alacriora; ſed plures invenias, qui doctrinae, ingeniique opinionem ſibi ex aliena vituperatione captent; ac tanta carpendi libidine, tenentur, ut novas, non ſcriptorum modo, ſed & correctorum vigilias, quae fuerant futurae livoris immunes, quod latinae linguae vulnera ſenſim ad interitum labentis, ſanare conentur, acri ad morſus examine expendant, & accurate ibi caſtigata, apte repoſita, diſtincte, in ordinem, periodumque ſuum ad numerum, lumenque loci redacta, codicum beneficio; mendoſa vero, ſi qua adhuc veterum incuria manent, recenſoris vitio tribuunt, perinde ac non ſit cuiuſque haud pro captu ſuo, commodoque, quod impudentiſſimi eſt, ſed de exemplarium verbis, quae ſunt ſaepiſſime corrupta, diligens meliora reponendi cura. Ego vero ipſe mihi ſum teſtis, quod bonis aliquot Scriptoribus recen-

ſendis, qui noſtro titulo de typis in vulgus exivere, ad communem diſcentium frugem, promeruerim, nec, ſi in tanta mendarum inextricabili ſilva, ii reddi ſibi in integrum noſtra induſtria minime potuere, conatus tamen noſtri poenitet; plus enim operae, plus ocii, plus veterum codicum conquiſitionis, res tanta poſcit, quam excudentium properantia, aut privati cuiuſque facultas patiatur. Profuimus certe plurimum, tum alibi, tum nuper in his divinis *Ciceronis* Operibus, quibus ad innumerabilium errorum emendationem, aliquot interim membra, quae deſiderabantur, ut in fine ſecundi libri de Divinatione, reſtituimus; quaedam vero perturbata, ac perperam confuſa, qualem *L. Balbi* argumentationum congeriem in ſecundo de Natura Deorum inverſam legeres, in ſuam ſedem, formamque redegimus. Has lucubrationes, Pontifex permagne, tuo nomini nuncupamus, & hoc te munuſculo donatum volumus, non quia eius generis eſt, quo hominum memoria ad poſteritatem vivit; maiore namque ſono eadem ipſa virtutum tuarum maieſtas, miraque ingenii ſolertia, maximis rebus, domique & foris egregie gerendis nata, quae te ad iſtam ſnblimitatem ſola evexit, ad ſummum adhuc rerum faſtigium ſpectans, tuum nomen illuſtre aeternitati ſacrabit, ſed ut a *Leone* Pont. Max. altero Orbis ſole, cuius ille auſpiciis, ſociiſque conſiliis, rem chriſtianam eximia pietatis gloria ſuſtinet, opem latinis litteris, quae brevi ſiderum lapſu, niſi publica ac Pontificia cura tam miſerae iacturae occurratur, ad ultimam internicionem tendunt, mature implores. Vale, & longum, & nobis, & Religioni vive.

MDXVI. Menſe Decembris.

Opere dello elegantiſſimo Poeta Seraphino Aquilano nuovamente con diligentia impreſſe con molte coſe aggiunte.

Sonetti	CLXV.
Egloghe	III.
Epiſtole	VII.
Capitoli	XII.
Diſperate	III.
Strambotti	CCCLXIIII.
Barzelette	XIX.

Impreſſo in Firenze per Philippo di Giunta nel M. D. XVI. di Dicembre. Leone X. Pontefiiee. 8. *fol.* 215. *Proleg. fol.* 7. *In* Magliab.

Bernardus Iunta Lectori. S.

Quanto meritino di eſſere laudati = Iudicando io adunque el *Seraphino* Poeta *Aquilano* nel genere ſuo havere aſſai di laude meritato; ma poco poterſi cognoſcere la elegantia, lo acume, la leggiadria del dire ſuo, sì per le innumerabili ſcorreptioni nate dalla incuria delli impreſſori, sì ancora per eſſerli ſtato tolto gran parte delle coſe ſue da quegli che delle altrui fatiche vogliono il fructo cogliere, diligentemente emendatolo, & quel che gli era ſtato tolto reſtituitoli, lo abbiamo con ſomma cura impreſſo &c. Vale. *Sequuntur variorum Poetarum Carmina in laudem* Seraphini Aquilani, *quorum nomina ſunt. Angelus Colotius, Franciſcus Flavius, Ant. Thebaldeus, Iulianus Medices, Io. Philippus Achilinus, Io. Philotheus Achilinus, Gariſendus* Bononienſis, *Alex. Gabuardus* Turcel-

cellanus ad illu. *Galeatium Sfortiam* de Aragonia Dominum praecipuum, cui hoc Opus dicatum eſt. *Subſequitur* = Vita del *Seraphino* auctore anonymo.

MDXVI.

Laberinto d'Amore di M. Giovanni Boccaccio con una Epiſtola a M. Pino de' Roſſi confortatoria del medeſimo autore.

Impreſſo in Firenze nell'anno del Signore . M. D . XVI . 8. *fol.* 72. *In Feſul.*

Bernardo di *Giunta* agli Amatori della lingua Toſcana. S.

Quantunque volte io eſtimo meco medeſimo = il rimanente delle coſe ſue (*Boccaccii* ſcilicet) non meno corrette di queſte in breve tempo aſpettate. Valete.

MDXVII. menſe Ianuarii.

In hoc volumine haec continentur.

M. T. Cice. Officiorum Lib. III.
Cato maior, ſive de ſenectute.
Laelius, ſive de Amicitia.
Somnium Scipionis ex VI. de Rep. excerptum.
Παράδοξα.
Θεοδώρου περὶ γήρως ἑρμηνεία.
Ὄνειρος Σκιπίωνος.

Florentiae in officina Philippi Iuntae anno a Virginis nuncio D. XVII. ſupra mille, menſe Ianuarii. 8. *fol.* 157. *Praef. fol.* 4. *In Feſul.*

Ioannes Baptiſta Egnatius Venetus *Marco Molino* Patritio ornatiſſimo, *Aloyſii* D. Marci Procuratoris filio. S. P. D.

Tanta ſemper ab ineunte aetate tui, vel animi vel ingenii fuit expectatio = Itaque non modo prudenter ſenſiſſe, verum etiam peramanter feciſſe viſus eſt mihi *Franciſcus Aſulanus*, iuvenis cum litteris, tum optimis moribus ornatus, qui mecum egit, ut hi tibi libri inſcriberentur, quos olim *Aldus* compater, graecae, latinaeque linguae inſtaurator unicus, ſummo ſtudio recognoſcebat = amavit enim te ſemper iam inde a pueritia, omnique ſtudio id egit, ut dignus eius diſciplina evaderes. = Bene vale, & *Egnatium* ama.

MDXVII. Febr.

Valerius Flaccus.

Florentiae ſumptu Philippi Iuntae Florentini anno a Nativitate Domini XVII. (ſic) ſupra mille, menſe Feb. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 96. *In Feſul. In averſa prima pagina occurrit*: Petri Bargetani *in huiuſce Operis recognitionis laudem Epigrammata, & Epiſtola nuncupatoria* Benedicti Philologi *ad* Bernardum Michelottium. *Subiungitur notitia de* V. Flacco *ex Libro* IIII. P. Criniti *de Poetis Latinis & Argonautarum nomina, ſecundum* Orpheum, Apollonium, & Valerium Flaccum, *ut in editione Anni* M. D. III. *quam ſupra recenſuimus*.

MDXVII. Menſe Febr.

Terentianae Comoediae in ſua metra iterum reſtitutae & recognitae quam accuratiſſime, cum iis inſuper, quae de Comoedia, & metris Comicis, preſſius dici poſſunt.

Sex hae recognitae Terentianae Fabulae, Florentiae ſunt feliciter excuſae, per haeredes Philippi de Giunta Florentini, anno a Nativitate Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo menſe Febr. 8. *fol.* 119. *Proleg* 12. *In Feſul.*

Praecurrit Petri Bargetani *ad* Terentium *pro ſua recognitione Hendecaſyllabon; inde ſequitur Epiſtola inſcripta: Benedicti Philologi* Florentini ſuper *P. Terentii* Comoediis ad *Petrum Crinitum*, ut ſupra in editione Anni MDVII.

Heic quoque ſequitur Tractatus de Comoedia in ſectiones XXI. diviſus, & aliud ad ſtudioſos monitum quod non eſt in praecedentibus quod ita ſe habet.

Studioſis.

Recognoverat olim, & in metra legitima repoſuerat *Terentianas* Comoedias *Angelus Politianus*, vir & utriuſque linguae peritiſſimus, & in eas diſciplinas affatim exercitatus, quas encyclicas vocant. Mox autem *Benedictus Philologus*, auditor eius, doctus apprime & ipſe vir, eleganſque, multa, ac ſubtili elucubratione ſua *Terentianis* ipſis fabulis mirifice profuit, curavitque ſedulo, octo iam ab hinc ferme elapſis annis, uti hae accuratiſſime in Enchiridii formam excuderentur. Poſtremo ſi quid fuit quod ad Poetae huius ſpectatiſſimi integritatem, & maieſtatem reſtituendam ab his omiſſum ſit, quos ſupra memoravimus, vel etiam a maioribus hactenus, id omne modo Ni-

colaus Angelius Bucinenſis, vir noſtro ſaeculo graecarum rerum, ac latinarum conſultiſſimus, & obſervantiſſimus, pro communi ſtudioſorum uſu reſarciit, nobiſque permiſit, ut iterum hoc tempore typis eiuſmodi, quam diligentiſſime excuderemus. Accipite igitur, ſtudioſi adoleſcentes, *Terentium* veſtrum, atque ſua veteri agnita latini ſermonis elegantia, cuius is auctor & princeps eſt, veſtras eum inter delitias retinete. Valete.

Rurſus Iuntae Terentium *impreſſerunt, curante* Petro Victorio *A.* MDLXV. 8. *cum hoc titulo.*

P. Terentii Comoediae ex vetuſtiſſimis libris & verſuum ratione a *Gabriele Faerno* emendatae. In eas Comoedias emendationum Libri VI. Item de verſibus Comicis Liber I. Fragmentum Eographii interpretis in eaſdem Fabulas. Cum gratia & privilegio.

Impreſſum Florentiae apud heredes Bernardi Iuntae Anno Domini. M. D. LXV. 8. pag. 318. *Proleg. pag.* II. *Adiunguntur in eodem volumine:*

Gabrielis Faerni Emendationes in ſex Fabulas *Terentii*.

Florentiae apud Iuntas. M. D. LXV. cum licentia Superiorum. 8. pag. 252. *Epiſtola inſcripta eſt:* Carolo Borromeo S. R. E. Card. Petrus Victorius. S. *Data eſt* Florentia XVI. k. Iun. M. D. LXV. *In Feſul.*

MDXVII. Menſe Martio.

In hoc volumine haec continentur.

Herodiani Hiſtoriae Libri VIII.
Sexti Aurelii Victoris a D. Caeſare Auguſto uſque ad Theodoſium excerpta.

Eutropii Hiſtoriae Libri x.
Pauli Diaconi Libri VIII. ad Eutropii Hiſtoriam additi.

Impreſſum Florentiae, opera & ſumptu Philippi Iuntae Anno a Nativitate. D. XVII. ſupra mille, menſe Martii. Leone decimo Pontifice 8. *Herodianus fol. implet 90. Alii fol. 127. Praefatio f. 4. In Feſul.*

Praemittitur Leonis *Papae* x. *diploma, quod alibi innuimus in favorem* Iuntarum. *Tum ſequitur:* Angeli Politiani *ad* Innocentium VIII. *Pont. Maxim. Praefatio ad* Herodiani *Hiſtoriam, e graeco in latinum converſam; itemque Epiſtola eiuſdem* Politiani Andreae Magnanimo *ſuo, data in Ruſculo Feſulano Pridie nonas Maias, anno ſalutis* MCCCCXCIII. *& tandem* Antonii Francini *Epiſtola nuncupatoria, tali pacto inſcripta:*

Antonius Francinus Varchienſis Pallae Oricellario. Patritio Florentino S.

Non te latet, clariſſime *Palla*, iure quodam naturae homini datum eſſe, ut alter alterum amet = Sed in primis eos diligimus = quos aliquo virtutis genere ceteros antecedere videmus; hinc etiam erga illos, quos numquam vidimus maxima benevolentia adficimur. Ego quum praeteritis diebus ad ampliſſimas, ac ſane regias aedes tuas, ſuaſu *Nicolai Angelii Bucinenſis* viri doctiſſimi, *Livii* Decas a *Bernardo* Patre tuo caſtigatas petitum veni, tam comiter, tam benigne a te ſum exceptus, ut equidem ſummam modeſtiam tuam morum facilitatem, humanitatem ſingularem ſim admiratus; ſemperque poſtea qua ratione tibi gratificari poſſem, cogitavi. Quare quum *Herodiani*

a *Marci* Principatu Hiſtoriam, ab *Angelo Politiano* viro noſtri ſaeculi litteraturae nobilitate claro, latinitate donatam, quam emendatiſſimam emittere vellem, = tuo nomini nuncupavi, non modo, ut tibi gratum faciam, ſed quia *Oricellaria* Familia ſemper fuit litterarum amantiſſima, atque unica fautrix. Quid enim dicam, ut alios omittam, de *Bernardo* patre tuo? quis illo in ſcribendo facundior? quis in re gerenda, vel publica, vel privata prudentior? ut iure optimo *Petrus Medices*, qui erat ingeniorum acerrimus penſitator, & iudex, illum ſibi in generum adſciverit. = Vale.

MDXVII. menſe Aprilis.

Fiammetta del Boccaccio.

Stampato in Firenze per Philippo di Giunta l'anno del Signore. M. D. XVII. del meſe d'Aprile. Leone decimo Pontefice. 8. *fol.* III. *In Bibl.* Riccard. *cum initialibus Librorum litteris auratis & coloratis*.

Bernardo di Giunta a *Coſimo Rucellai* Patrizio Fiorentino S.

Io vorrei che elli mi foſſe poſſibile, o *Coſimo* preſtantiſsimo, per altro più degno modo dimoſtrarvi lo amore, e la riverenza, che io vi porto, che per mandarvi una Operetta novellamente dentro dalle mie caſe ſtampata = Noi ci ſiamo ingiegnati, quanto ſono baſtate le forze noſtre, di ridurla nella primiera perfezione, & maſſimamente, poichè io feci penſiero di mandarla fuori ſotto a il nome voſtro. Alla qual coſa fare n'è biſognato uſare non poca diligenza, per eſſere ella ſtata nel paſſato da molti ſtampatori externi

lacerata, & guaſta; & inoltre quì ſcritta da uomini poco pratichi & traſcurati = in maniera che voi paragonandola con qualunque altro buoniſſimo teſto, commenderete la opera noſtra, e terrete queſto picciolo dono caro appreſſo di Voi; il che facendo, io che altro non cerco, mi terrò d' ogni mia fatica oltre appagato. Valete.

MDXVII. XX. Maii.

Λόγοι. Ἀριστείδου

Orationes Ariſtidis.

Impreſſum bonis avibus optatam contigit metam hoc Ariſtidis Opus die XX. Maii M. D. XVII. Florentiae ſumptibus nobilis viri Philippi Iuntae Bibliopolae. Leonis X. Pontificis noſtri anno quinto. *fol. Conſtat fol.* 183. *graece. In* Magliab. & Riccard.

Euphroſinus Boninus Phyſicus Florentinus Reverendo Patri Domino *Bernardo Micheloctio* Forolivienſi Patritio Florentino S. P. D.

Nequeo, Reverende Pater, multas, ac paene infinitas humanae vitae non deflere miſerias = Quamobrem, ut facile quivis & legere, & legendo, ſe ipſo melior reddi poſſit, *Philippus Iunta* bibliopola, tuae Reverentiae obſervantiſſimus, multa & latinorum & graecorum auctorum volumina cudere hactenus pulcherrimis curavit typis, nuncque graeci *Ariſtidis* Operibus ſummam Diis concedentibus impoſuit manum, quem tibi librum, hortante illo, dicare, tuoque aliis numine legendum dare non dubitavimus = Vale, noſtri non immemor.

Abſoluta Epiſtola nuncupatoria, ſubiungitur Leonis *PP.* x. *Privilegium, ut alibi. Poſtea ſequitur Tabula Orationum* Ariſtidis, *&* Philoſtrati *de* Ariſtide *notitia. In calce tandem videre eſt puerulos duos, altera manu Lilium magnum ſuſtentantes, altera vero Cornucopiam tenentes, cum ſtemmate gentilitio in medio, adſcriptis inferius litteris F. G.*

MDXVII. XX. Maii.

Auſonii Galli Poetae diſertiſſimi omnia opera nuper maxima diligentia recognita atque excuſa.

Florentiae ſumptu Philippi Iuntae. Anno Domini MDXVII. Die XX. Maii Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 104. *In Feſul.*

Auſonius Federico Conti Valmontonio Principi.

Ingratus ſim, atque etiam inhumanus, *Federice Contes*, eruditorum Principum longe Princeps, niſi ad te veniam, acturus tibi ingentes gratias, quod tua cauſa emendatior ſolito, atque luculentior, rurſus in lucem prodeam = qui quum ſuperiore anno Florentiae degeres, *Leonem* Pont. Max. ſequutus, ac noſtrorum Poematum Codicem, ut tuam, una cum aliis ipſe etiam ditaret Bibliothecam, diligenti cura inquireres, ſed nullibi tandem inveniſſes, aegre quidem tulere plerique, qui non omnino illitterati, mei certe nominis ſtudioſi habentur; neque ulterius paſſi ſunt, noſtra haec, qualiacumque erunt, carmina deſiderari; ſed, qua licuit diligentia, emaculata, atque in meliorem aliquanto formam reſtituta, noſtra haec Poemata invulgarunt. Tanta enim mendarum in ſilva, ſingula corrigere, quaeque mutilata erant, reſtituere, divinae magis, quam humanae opis eſſe videbatur = Vale ex elyſiis campis.

MDXVII. XX. Iunii.

Q. Curtius.

Florentiae ſumptu Philippi Iuntae. Anno Domini MDXVII. Die. XX. Iunii. Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 158. *Epiſt. & Index rerum notab. fol.* 8. *In Biblioth. Ord. Servor. Beatae* Mariae *Flor.*

Antonius Francinus Varchienſis Angelo Angenio viro doctiſſimo ſalutem.

Etſi privatim tibi gratias egimus, *Angele* ſuaviſſime, quod nobis *Curtium* tuum (tuum iure appello, a te ſcilicet diligentiſſime caſtigatum) praeteritis diebus tam amice commodaveris, tamen idem etiam publice facere ad me pertinere putavi, ut videant poſteri, quam litterarum amantiſſimus fueris. Quum igitur tuum, cum aliis quotquot potuimus exemplaribus contulerimus, talem, qualem potuimus, reformavimus; noſtriſque typis excudendum curavimus; non enim dixerim, me verae lectioni priſtinaeque integritati reſtituiſſe; tot enim undique mendis ſcatebat, tam adulteratus, ſuiſque numeris perturbatus erat, ut potius divinae, quam humanae opis indigere videretur, praeſertim quum cuiuſque ſit, qui huiuſmodi auctores recenſendos ſuſcipit, haud pro captu ſuo (quod imprudentiſſimi eſt) ſed de exemplarium verbis, quae saepiſſime corrupta ſunt, diligens meliora reponendi cura. Has ergo lucubratiunculas noſtras tibi, tamquam *Curtii* patrono, viroque noſtri ſaeculi litteraturae nobilitate clariſſimo nuncupandas cenſuimus = Vtinam aliquando meliora exemplaria nacti, primum & ſecundum, qui deſiderantur libri, reponamus, fragmentaque, qu e

in decimo ſunt, reſarciamus, ut corpore hoc integro frui poſſimus = Vale, munuſque noſtrum hoc hilari fronte accipies.

MDXVII. Aug. XXVII.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΝ ΒΙΟΙ ΡΩΜΑΙΩΝ ΚΑΙ ΕΛΛΗΝΟΝ μθʹ.

Sapientiſſimi Plutarchi Parallelon, vitae Romanorum & Graecorum quadraginta novem.

Diis auſpicibus, Libro, qui vitae Plutarchi inſcribitur, non ſine maxima diligentia, multorum antiquorum Voluminum continua lectione, ſumma manus impoſita eſt. Florentiae in aedibus Philippi Iuntae. Anno Virginei partus, humanaeque ſalutis. M. D. XVII. Die XXVII. menſis Auguſti. Leonis X. Papae noſtri anno quinto. *fol. Conſtat foliis* 354. *In* Marucell.

Marcello Virgilio Reip. Florentinae a ſecretis *Philippus Iunta*. S.

Non poſſum, clariſſime *Marcelle*, non publice tibi gratias agere, quum & privatim egerim, quod, quum iamdudum, aliquorum ſuaſu, qui plurimum graecis litteris incumbunt, *Plutarchi* Chaeronei vitas in noſtra officina excudere cogitaverim, eſſetque mihi impedimento, quod optimo exemplari carerem, tu ob egregium tuum in litteras amorem (deſideras enim ut auctores, tum Graeci, tum Romani, quam emendatiſſimi ad manus hominum perveniant) Codicem tuum ad communem ſtudioſorum utilitatem caſtigatiſſimum nobis commodaſti, quarum lectio quantum utilitatis legentibus adferre poſſit, non facile dixerim. Hoc

tamen auſim affirmare (cuius rei te auctorem habeo) qui has *Plutarchi* vitas nuper excuſas legerit; ſcatebant enim ante plurimis mendis, & ideo multis locis non poterat verus elici ſenſus = & cui melius nuncupare poteram, quam illi, qui vere *Plutarchum* in vitam reſtituit? Sanavimus enim tuo exemplari tot vulnera, ut ſi ipſe *Plutarchus* reviviſcat, non aliter ſe ſcripſiſſe fateatur. Praetereo, quod iam viginti annos Florentiae publice profiteris; omitto eloquium, doctrinam, incredibile ingenium ad res gerendas, morum integritatem, fidem ſummam, humanitatem ſingularem, quibus omnibus ad promerendam hominum gratiam frequentiſſime uteris; adeo ut non immerito iam tot annos ſummo omnium conſenſu primum a ſecretis locum Florentiae tenueris; maiori namque praeconio, quam hoc, laudes tuae decantandae eſſent. Suſcipe itaque hilari fronte munus hoc noſtrum, & quamprimum potes, *Dioſcoridem* tuum, tuum iure appello, a te ſcilicet latinitate donatum, emittere velis, ut re ipſa tuorum civium, immo totius Italiae de te expectationi ſatisfacias. Vale longumque nobis, & ceteris amicis, litteriſque vive.

MDXVII. Menſe Octobr.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ.	Quae hoc volumine continentur.
Φιλοστράτου εἰκόνες.	Icones Philoſtrati.
Φιλοστράτου νεωτέρου εἰκόνες.	Philoſtrati iunioris Icones.
Τοῦ αὐτοῦ ἡρωικά.	Eiuſdem Heroica.
Καλλιστράτου ἐκφράσεις.	Deſcriptiones Calliſtrati.
Τοῦ αὐτοῦ βίοι σοφιστῶν.	Eiuſdem vitae ſophiſtarum.

Florentiae ſumptu Philippi Iuntae Florentini. Anno a Nativitate Domini XVII. (*ſic*) ſupra mille, menſe Octob. *Leone* X. Pontifice. *fol. Conſtat foliis* 54. *In Biblioth. Ampliſs. March. Caeſaris Lucchesinii Lucae*.

Bernardus Iunta Studioſis. S.

Eſt hoc quidem naturae lege homini tributum, ut ea quae a maioribus accepit, meliora, quoad fieri poteſt eius induſtria poſteris reddantur = Nos hoc exemplo adducti idem in re litteraria facere volentes, citra decennium bonis tum Graecis, tum Latinis Auctoribus caſtigandis, & ad hoc doctiſſimorum hominum iudicio uſi, operam dedimus, credimuſque, non minus mortalibus profuiſſe, quam ii, qui aut ex ortu, aut ex occaſu margaritas, unioneſque, & id genus permulta, quotidie afferunt, quum hi corporis tantum ornamenta adportent, nos autem eos auctores excuſimus, & ſi Diis placuerit, excudemus, ex quibus pulcherrima animi ornamenta homines aurire poſſint. Dedimus vobis nuper *Plutarchi* Chaeronei Vitas maxima diligentia caſtigatas, graece excuſas, unde multa documenta ad publicae, privataeque rei uſum accipere poteſtis; ecce nunc *Philoſtrati* Opera damus; *Dioſcoridaeque* Anazarbei aureum Opus a *Marcello Virgilio*, viro noſtri ſaeculi litteraturae nobilitate clariſſimo latinitate donatum, daturi = Valete.

MDXVII.

Valerius Max. Exempla quattuor & viginti nuper inventa ante Caput de Ominibus.

Plutarchi Chaeronei Parallela, addita propter materiae ſimilitudinem.

Conſtat fol. 228. *Prol. fol.* 4. *in* 8. *In Biblioth.* S. Mariae *Angelor. Florentiae Ord. Camald. Praecurrit Epiſtola* Antonii Francini *Varchienſis* Aloyſio Alemanno *Patritio Florentino*, *quae inc. Inter omnes Scriptores &c. Eadem eſt atque illa, quam recenſemus infra ſub Anno* MDXXVI. *die* XXVII. *Novembris. Notandum interim eſt, hanc ipſam editionem, una cum eadem Epiſtola nuncupatoria, iiſdemque characteribus fuiſſe expreſſam Venetiis per* Melchiorem Seſſam *&* Petrum *de* Ravanis *ſocios Anno Domini* .M. D. XXIII. *die* XXVI. *Iulii.* 8.

MDXVIII. XXIII. Maii.

Statuta Concilii Florentini.

Expliciunt Conſtitutiones Florentinae Synodi impreſſae in alma Vrbe Florentiae ſummi Apoſtolatus apicem tenente Leone X. Pont. Max. per heredes Philippi Iuntae. Anno ab Incarnatione. M.D. XVIII. Die vero. XXIII Maii. 4. *fol.* 68. *Praef. fol.* 4. *In* Marucell. *Praecedit Epiſtola*: Reverendiſſimi *Iulii* de *Medicis*, Sanctae Ro. Ec. Vicecancellarii, & Archiepiſcopi Florentini, ad Archidiaconum, & Canonicos Eccleſiae Florentinae. Dat. Romae ex Apoſtolico Palatio. VIII. Martii. M.D.XVIII.

MDXVIII. Menſe Septembris.

Stanze di Meſſer Angelo Poliziano cominciate per la gioſtra del magnifico Giuliano di Piero de' Medici.

Impreſſo in Firenze per Bernardo di Philippo di Giunta. Nell'anno del Signore M.D.XVIII. Septembre. 8. *fol.* 35. *In Feſul.*

Poſt Ogdoades ſequitur Fabula eiuſdem Politiani, *cui titulus* l' Orpheo, *praevia Epiſtola* Politiani: a Meſſer *Carlo Canale, in qua ait, ſe eam compoſuiſſe ad requiſitionem* del noſtro Reverendiſs. Cardinale Mantuano in tempo di due giorni, intra continui tumulti, in ſtilo vulgare, perchè dalli Spettatori fuſſe meglio inteſa &c.

MDXVIII Idibus Octobris.

Pedacii Dioſcoridae Anazarbei de Medica materia Libri ſex, interprete Marcello Virgilio Secretario Florentino, cum eiuſdem annotationibus: nuperque diligentiſſime excuſi. Addito Indice eorum, quae digna notatu viſa ſunt.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini Anno ab Incarnatione Domini MDXVIII. Idibus Octobris Leone decimo chriſtianam Rempub. gerente. *Sequitur ipſius* Leonis X. *Privilegium, ut alibi. fol. conſtat fol.* 364. *computatis doctiſſimis Prolegomenis, & Indicibus. In Biblioth. ornatiſs. March.* Caeſ. Luccheſinii *Lucae.*

Quae legentes noviſſe toto hoc opere, & meminiſſe oportet haec ſunt.

Difficilem in quotidiana multiplicique naturae varietate fuiſſe ſemper & adhuc eſſe plantarum, & medicae materiae diſciplinam, temporibus ſiquidem, locis, annorum temperamentis, humana cultura, & ad utramque partem continuo naturae motu variatae, raro eaſdem ſe undique oſtendunt = Nocuiſſe poſtremo, quod vix credat aliquis, ſuperſtitionem, cuius importuno ſtudio translata, addita, mutataque toto Dioſcoridis Opere multa fuerunt; circumferri, paſſimque inter Latinos legi aliquot nunc eius interpretationes; antiquam, cui

praeter alia, quae habet inutilia incredibile eſt quas tenebras obduxerit poſteriorum medicorum continuum, & importunum quoddam ſtudium adiiciendi in dies aliorum commentariis, dum collecta ſimul & parata eodem loco omnia habere volunt, quae ab aliis pro eadem re dicta aliquando fuerint; habuiſſe nos tamen eius antiquiſſimum codicem Longobardis litteris ſcriptum, antiquitatis egregium, & ob id ſaltem, multifaciendum monumentum, quod quantus quondam Dioſcorides fuerit, inculte quidem, ſed multa fide oſtendit; quoque minus elegantioris ornatus in eo erat, eo plus fidei nobis & veritatis habuit &c. *Loquitur deinde de verſionibus* Ruellii, *&* Hermolai Barbari, *eorumque defectus incredibili notat modeſtia*, *ſubicitque* novam interpretationem ſuſcepiſſe nullo ſane maledicendi ſtudio, nullius laudi invidentes, nec ex erratis aliorum, quod primum ſibi in hoc laudis genere arripit ambitio, gloriam noſtram augere cogitantes, ſed quod probum hominem decebat, pro ſalute hominis, & Scriptoris huius dignitate totam ſuſcipientes rem, nec ultra aliterve, quam ut diverſitatis noſtrae ab aliis cauſam, & rationem redderemus = collatis quinque Dioſcoridis graecis Codicibus, ubi aliquid variaret, aut corruptum occurreret, certiorem aptioremque elegiſſe lectionem &c.

Praefationem doctam & prolixam ſequitur Epiſtola, ut infra:

Marcellus Virgilius Florentinus Sanctiſſimo *Leoni* x. Pontifici Maximo.

Potuerunt, Beatiſſime Pater, qui gentibus toto orbe aliquando imperaverunt, in ampliſſima, quem gerebant, regii honoris fortuna, multiplici laudum, nominumque ambitu a ſuis & alienis quotidie or-

nari = Inter quos (*ſcilicet litterarum & bonarum artium Profeſſores*) unus ego etiam, ſed e plebe homo, nec ultra quam inter alios numerus, in eo, quod mihi relictum eſt temporibus his ocium, ad antiqua ſtudia reverſus, quum *Dioſcoridae* de medica materia libros, additis commentationibus quibuſdam interpretatus eſſem, non videbam, praeter ea, quae privatim Sanctitati tuae multa a me debentur, quorum nulla nunc ratio eſt, cui magis priuſque, quam Principi, quem Deus omnibus humanis malis mederi poſſe voluit, & Scriptor, & labor hic noſter deberetur. Redditur ob eam cauſam illi uterque. In ceteris quidem malis, quibus Beatitudo tua continue ſapientia, conſilio, fide, auctoritateque ſua medetur, eadem & meliore in dies ſpe; in corporum vero noſtrorum, & naturae iniuriis, praeſenti iam tanti Scriptoris fructu, ut habeat noſtrorum temporum medicina, hoc etiam per eam ſalutis humanae inſtrumentum, memerintque ſemper & laudent poſthac omnes, omnibus humanis malis, qua ratione Pontificem decebat, medicinam feciſſe Leonem decimum.

MDXVIII. Menſe Decembri.

Hecuba, & Iphigenia in Aulide, Euripidis Tragoediae in latinum tralatae, Eraſmo Roterodamo Interprete.

Eiuſdem Ode de laudibus Britanniae, Regiſque Henrici ſeptimi, ac regiorum liberorum eius. Eiuſdem Ode de ſenectutis incommodis.

Impreſſum Florentiae per haeredes Philippi Iuntae: Anno. D. XVIII. a Chriſtiana ſalute ſupra mille menſe Decembri Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 78. *In Biblioth. Scholar. Piar. olim* Alex. Politi *Florentiae*. *An-*

Antonius Varchienſis ad Lectorem.

Quantum, candide lector, boni Graeci Auctores ab optimo interprete latinitate donati, & graecas & latinas litteras auſpicantibus adferant utilitatis, nullus eſt, qui ignoret = Nos ergo, qui ſemper ſtudioſis prodeſſe quoquomodo voluimus, ad meliorem ipſorum frugem nuper *Dioſcoridae* Anazarbei de medica materia libros, interprete *Marcello Vergilio* Secretario Florentino, ac viro noſtri ſaeculi litteraturae nobilitate clariſſimo, edidimus, grave quidem opus, & in quo multum excuſores laboraverint; nunc autem, quaſi a tanto labore quieſcendi gratia, excudendas curavimus Hecubam, & Iphigeniam in Aulide, *Euripidis* Tragoedias, ab *Eraſmo* Roterodamo, homine, & graece & latine doctiſſimo, carminibus tam fideliter, tam erudite latinas factas, ut equidem auſim adfirmare, ipſum *Euripidem*, ſi iterum Romanus homo reviviſcat, haud aliter ipſas eſſe facturum = Vale.

Inde ſequitur: Eraſmi *Roterodami Epiſtola nuncupatoria* Gulielmo *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, *Primati Britanniae*, *nec non Carmen iambicum trimetrum ad eumdem. Clauditur autem Libellus duobus carminibus*, *quorum primum inſcribitur*: *Eraſmi* Roterodami de laudibus Britanniae, Regiſque *Henrici* ſeptimi, ac Regiorum liberorum; *alterum vero ad* Gulielmum Copum *Baſilienſem* de ſenectutis incommodis.

MDXVIII.

Eraſmi Roterodami Opuſculum, cui titulus eſt Moria, ideſt ſtultitia, quae pro concione loquitur.

Florentiae per Haeredes Philippi Iuntae Florentini Anno ab Incarnatione Domini DXVIII. ſupra mille, Leone X. Pontifice 8. *fol.* 52. *Ibid.*

Eraſmus Roterodamus *Thomae Moro* ſuo S. D.

Superioribus diebus, quum me ex Italia in Angliam reciperem = vale diſertiſſime *More*, & Moriam tuam gnaviter defende. Ex Rure, quinto Idus Iunias.

MDXVIII.

Silius Italicus.

In aedibus Philippi Iuntae. 8. Maittaire *Tom. II. pag.* 321. *Vix tamen credam, hanc editionem umquam extitiſſe.*

MDXVIII.

Sophocles cum ſcholiis Graecis. 8. Maittaire. *Tom. II. pag.* 320. Arvood *loc. cit. pag.* 13.

MDXIX. Menſe Ianuarii.

In hoc volumine haec continentur.

Ioannis Baptiſtae Egnatii Veneti de Caeſaribus libri III. a Dictatore Caeſare, ad Conſtantinum Palaeologum, hinc a Carolo Magno, ad Maximilianum Caeſarem. Eiuſdem in Spartiani, Lampridiique vitas, & reliquorum adnotationes.

Nervae, & Traiani, atque Adriani Principum vitae ex Dione, Georgio Merula interprete. Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Lampridius, Flavius Vopiſcus, Trebellius Pollio, Vulcatius Gallicanus ab eodem Egnatio caſtigati. Addita in calce Heliogabali Principis ad meretrices elegantiſſima Oratio non ante impreſſa. Inſuper Oratio Ariſtidis de Vrbe Roma a Scipione Carteromacho latinitate donata.

Impreſſum Florentiae per haeredes Philippi Iuntae. Anno. D. XIX. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Ianuarii. Leone. X. Pontifice. 8. *fol.* 396. *Proleg. fol.* 6. Egnatii *liber fol.* 88. *Reliqui Scriptores fol.* 302. *In Feſul.*

Praecedit: Ioannis Baptiſtae Egnatii *Veneti praeſtantiſſimo Iuriſconſulto & Senatori Regio* Iacobo Minutio *Epiſtola nuncupatoria, quae inc.* Qui principibus, illuſtrioribuſque viris ingenii ſui monumenta nuncupant &c. *Sequitur eiuſdem in Romanorum Principum librum primum Praefatio, & tandem Monitum ad Lectorem. Ante orationem* Ariſtidis *occurrit: ad* Galeotum *Ruvereum, tituli S. P. ad Vincula Preſbyterum Cardinalem Sanctae Ro. Eccleſiae Vicecancellarium* Scipionis Carteromachi *in* Ariſtidis *Orationem de Vrbe Roma e graeco in latinum converſam Epiſtola, cui ſubiungitur Carmen elegum inſcriptum,* Scip. Carteromachi *ad eumdem.*

MDXIX. Menſe Ianuario.

Aldi Pii Manutii Inſtitutionum Grammaticarum Libri quatuor (1). Addito in fine de octo partium Orationis conſtructione Libello Eraſmo Roterodamo auctore.

Poſt Lilium inter duos puerulos cum cornucopiis, litteris rubricatis ſubiiciuntur haec verba:

Quae quoquo libro continentur hanc volventi chartam ſtatim ſe offerunt.

Ac revera in averſa pagina ita Libri ſinguli, litteris partim rubris, & partim nigris indicantur.

In primo libro habentur praecipue haec:

De Grammaticae partibus.
De generibus nominum.
De caſuum terminatione.
De pronomine.
De nomine.

---

(1) *Titulus Libri rubrica expreſſus eſt. Editionem* Aldi Iuntinam *Inſtitutionum Grammaticae Latinae ſub hoc anno, menſe Ianuario innuit* Maittairius *Annal. Typogr. Tom.* II. *pag.* 340. *aitque duas Epiſtolas, quarum prima eſt* Ioannis Coleti, *S.* Pauli *Decani ad* Gulielm. Lilium, *novae ſcholae ad Divum* Paulum *ab ipſo inſtitutae moderatorem primarium* M.D.XIII. *data, qua iſtum Libellum pueris profuturum commendat, ſed nulla* Eraſmi *mentione facta; poſterior* Eraſmi *ad candidos Lectores, data eſt Baſileae* III. *Kal. Auguſti* M.D.XV. *Verum animadvertendum eſt, illas Epiſtolas, non Grammaticae* Aldinae *ab* Iuntis *editae, ſed libello de octo Orationis partium conſtructione, de quo ſupra fuiſſe praemiſſas.*

De inflexione nominum.
De Heteroclyticis.

In ſecundo vero haec.

De verbo.
De inchoativis, & reliquis derivativorum verborum ſpeciebus.
De inflexione verborum.
De praeteritis & ſupinis.
De adverbio, & ceteris Orationis partibus.

In tertio haec.

De conſtructione verborum, adverbiorum localium, participiorum nominum.
De figuris dictionum duodecim, & conſtructionis octo.

In quarto haec.

De quantitate ſyllabarum.
De pedibus metrorum a biſyllabis uſque ad hexaſyllabos. CXXIIII. graece & latine.
De verſu hexametro, pentametro, iambico, dimetro, trimetro, tetrametro, iambico, choliambo.
De carmine bucolico.
De hendecaſyllabo ſapphico & phaleucio.
De trochaico tetrametro catalectico.
De metro ſotadeo.
De metro ithyphallico. Quaedam hexametra ex *Homero*, & hexametra & thetrametra ex *Theocrito*, & iambica trimetra ex *Euripide*, *Ariſtophane*, *Maenandro*, trochaica tetrametra ex *Euripide*, *Ariſtophane*; phaleucia ex Epigrammatis, quae quibus conſtant pedibus, & quemadmodum ſcandantur, accentibus, brevi, & longo — oſtenſum eſt.

Eiuſdem Opuſculum, in quo haec:

De litteris Graecis, & Diphthongis, & quemadmodum ad nos veniant.
Oratio dominica, & duplex ſalutatio ad Virginem glorioſiſs.
Symbolum Apoſtolorum.
Divi Ioannis Evangeliſtae Evangelium.
Aurea Carmina Pythagorae.
Phocylidis Poema ad bene beateque vivendum.
Omnia haec cum interpretatione latina.
Introductio perbrevis ad Hebraicam linguam (1).

Mox ſubſequitur Epiſtola ita inſcripta litteris rubricatis: Aldus P. Manutius Romanus Litterarii Studii Magiſtris S. P. D. *Inc.* Rudimenta Grammatices Latinae linguae a nobis olim compoſita &c. *In fine legitur*: Florentiae per heredes *Philippi Iuntae*, *Leone* x. Pont. Max. Menſe Ianuario. M.D.

---

(1) *Haec Opuſcula ſubiunguntur in fine poſt typographi Epigraphem, & nova ſignatura in calce paginarum diſtinguuntur, a littera A.* I. *ad B.* IIII. *In Exemplari Eminentiſſimi Card. de* Brienne *poſt* Phocylidis *Carmina, adnectitur ſequens tractatus foliorum* 16. *quod deeſt in meo Exemplari.* = De octo Orationis partium conſtructione libellus, tum elegans in primis, tum dilucida brevitate copioſiſſimus *Eraſmo Roterodamo* auctore. Florentiae per heredes *Philippi Iuntae*, *Leone* x. Pont. Max. Menſe Ianuario M.D.XIX. 4. Incipit a ſignatura AA. I. Definit in ſign. BB. IIII. *Clauditur autem ſolito* Iuntarum *Emblemate. Introductioni ad Hebraicam linguam praemittitur ſequens monitum. Aldus* Studioſis.

Quoniam hebraicam linguam neceſſariam eſſe exiſtimamus ad ſacrae Scripturae cognitionem &c.

XIX. *Numeratione caret Liber, continet autem folia ex una parte numerata* 179. *In Biblioth.* Marucell. *& apud Eminentiſs. Card. de* Brienne

MDXIX. Menſe Martio.

Opere di Hierony. Benivieni compreſe nel preſente Volume.

Vna Canzona de lo Amore celeſte, & divino col Commento de lo ill. S. Conte Iohan. Pico Mirandulano diſtincto in Libri III.
Egloge con loro argumenti VIII.
Cantici, o vero Capitoli III.
Canzone & Sonetti di diverſe materie XXX.
Amore fugitivo di Moſco Poeta Greco tradocto I.
Elegia di Propertio tradocta I.
Pſalmi di David tradocti III.
Sequentia de morti tradocta I.
Laude & Canzone morali XXI.
Stanze in Paſſione Domini X.
Come ſi conoſchi, & ami Dio per le ſue Creature Stanze XXX.
Altre Stanze di diverſe materie LV.
Frottole VIII.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nell' anno del Signore. M. D. XIX. del Meſe di Marzo 8. *fol.* 200. *Epiſtolae duae prooemiales fol.* 4. *In Feſul.*

I. *Blaſius Bonaccurſius Hieronymo Benivenio* Amico ſuo dilectiſſimo. S.

Doverrebbano certamente, *Ieronymo* dilectiſſimo, tucti li ſtudioſi de' noſtri tempi, & quelli che per

lo advenire ſaranno piangere di continuo la immatura morte di quello admirando giovane *Ioanni Pico* Principe *Mirandulano* &c.

Tum ſequitur alia Epiſtola ita inſcripta:

II. *Hieronymus Benivenius* Civis Florentinus ad Lectorem.

Ioanni Pico Principe *Mirandulano*, uomo veramente da ogni parte admirabile &c.

MDXIX. Menſe Aprilis.

Arcadia del Sannazaro.

Impreſſo in Florentia per li heredi di Philippo di Giunta nel anno del Signore. M.D.XIX. di Aprile. Leone X. Pontefice. 8. *fol.* 80. *In* Marucell. *Frons Libri, in cuius medio titulus ſupra relatus legitur, portam exhibet, architectonico opere delineatam, & in ligno eleganter inciſam.*

MDXIX. Menſe Aprili.

Pomponius Mela, Iulius Solinus, Itinerarium Antonini Aug. Vibius Sequeſter, P. Victor de Regionibus Vrbis Romae, Dionyſius Afer de ſitu Orbis Priſciano interprete.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno . D . XIX. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Aprili. Leone X. Pontifice. 8. *fol.* 225. *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis, Petro Victorio Jacobi filio, Patritio Florentino S. P. D.

Efflagitaſti iamdudum, humaniſſime *Petre*, & fere, ut *Fabius* inquit, quotidiano convicio, *Pom-*

ponii Melae de ſitu orbis Libros a nobis caſtigari, caſtigatoſque noſtris typis excudi. Tuae profecto morem geſſiſſem voluntati, quum tanti te faciam (dictum autem ſit citra adulationem) quanti praeterea neminem, tum, ut alicui uſui bonarum litterarum ſtudioſis forem = ſed quum Opus ipſum adgrediebar, tam adulteratum, ſuiſque numeris perturbatum inveniebam, ut ab incoepto opere ſaepiſſime deſiſterem. Verum denique antiquiſſimum nactus codicem, litteris ſcriptum Longobardis, multa ſanavi vulnera, multa etiam ſananda ſuperſunt; non enim auſim dicere, me in integrum reſtituiſſe, quod tam falſum eſſet, quam eſt ipſum mendacium. Forſitan & haec olim, quum melior dabitur codex, in meliorem lectionem, & eam veram reſtituentur. Has autem noſtras = lucubratiunculas = nomini tuo nuncupavimus, ut tuo patrocinio iam in vulgus prodeant, praeſertim quum ipſe utrumque fontem, tam graecum, quam latinum, (non ut plerique omnes faciunt iuvenes hac noſtra tempeſtate, qui bonis corporis fortunaeque redundant) ſummis, ut aiunt, labiis deguſtaſti, at toto te corpore proluiſti = Omitto *Victoriae* domus ſplendorem, qui multis iam ſaeculis omnium oculis virtute ſua adfulſit; praetereo altitudinem animi, ſummam modeſtiam tuam, morum facilitatem, humanitatem ſingularem, benignitatem in omnes = ſuſcipe ergo bona avi haec noſtri agri munuſcula, meliora poſthac, ſi haec quoquo pacto probaveris, & graeca & latina ſuſcepturus. Vale & de me tantum tibi pollicearis quantum de amicorum optimo.

MDXIX. Menſe Maii.

Iu. Iuvenalis una cum Au. Perſio nuper recogniti.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini, menſe Maii . M . D . XIX. Leone . X. Pontifice. 8. *fol.* 80. *In Biblioth.* Aloyſ. Tram. I. C. Flor.

Poeta ad Lectorem.

Miraris fortaſſe, lector candidiſſime, quum me tam laetum, hilarem, praeque gaudio fere pſallentem videas; ne mireris, quaeſo; venio ex Elyſiis, Bacchi quidem monitu, qui quum illic *Euripidem* quaereret, in me, & *Au. Perſium*, mortalium incuriam, negligentiam, ſocordiam, ignaviamque accuſantes, moeſtos, maximoque confectos dolore forte incidit (dolebamus namque ſatyras noſtras adulteratas, ſuiſque penitus numeris perturbatas corruptaſque legi) atque inquit: Salve *Iuvenalis*; o euge & tu, *Perſi*, ambo opportune; bono ſitis animo; non eſt quod ulterius doleatis. Veſtrae enim ſatyrae, *Bernardi Iuntae* beneficio, qui ob ſuum maximum in bonas diſciplinas amorem, eas, collatis in unum plurimis, & illis antiquiſſimis exemplaribus, caſtigandas excudendaſque curavit, ſunt in integrum ad veram lectionem reſtitutae. Venio ergo, *Perſi* etiam nomine, (ſic enim convenit inter nos) mortalibus congratulatum, *Bernardoque* gratias agimus; & ſi reviviſcere fas ſit = alias profecto ſcriberemus, & eas quidem uberiores; ſuppeditatur enim hac tempeſtate materia = Vale ad Inferos revertor.

MDXIX. Menſe Iunio.

Hiſtoria d' Alexandro Magno ſcripta da Q. Curtio Ruffo hiſtorico eloquentiſſimo, & tradotta in vulgare da P. Candido.

Impreſſo in Florentia per li heredi di Philippo di Giunta nel anno del Signore. M. D. XIX. di Giugno. Leone. X. Pontefice 8. *fol.* 223. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *I. C. Flor.*

Bernardo di *Philippo* di *Giunta* a *Franceſco Guidetti* Patritio Fiorentino S.

Di tutti li Autori = Queſto (*Curtius* ſcilicet), tale quale è, avendolo noi a' giorni paſſati in Latino dentro dalle noſtre caſe impreſſo, a comune utilità di quelli, che della vulgar lingua ſi dilettano, ci è parſo in vulgare imprimerlo, tradotto da *P. Candido*, aggiunto una comparazioné di *Iulio Ceſare*, e d' *Aleſſandro*, dal medeſimo *Candido* compoſta; & impreſſo, a voi, il quale di ſimili lezioni vi dilectate, mandarlo, per moſtrarvi la riverenzia ch' io vi porto &c.

MDXIX. Menſe Iulio.

Luciani Opuſcula Eraſmo Roterodamo interprete.

Toxaris, ſive de Amicitia.
Alexander, qui & Pſeudomantis.
Gallus, ſive Somnium.
Timon, ſeu Miſanthropus.
Tyrannicida, ſeu pro Tyrannicida.
Declamatio Eraſmi contra Tyrannicidam.
De iis, qui mercede conducti, degunt,
Et quaedam eiuſdem alia.

Eiuſdem Luciani, Thoma Moro interprete.
Cynicus.
Menippus, ſeu Necromantia.
Philopſeudes, ſeu Incredulus.
Tyrannicida.
Declamatio Mori de eodem.
Eiuſdem Thomae Mori de optimo Reip. ſtatu, deque nova Inſula Vtopia libellus vere aureus.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno D. XIX. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Iulio, Leone. X. Pontifice. 8. *fol.* 279. *Apud Eminentiſs. Card. de* Brienne.

Reverendo Patri Domino *Ricardo* Epiſcopo Wintovienſi *Eraſmus Roterodamus* S. P. D.

E priſcorum uſque ſaeculis mos hic in haec noſtra tempora deductus eſt, ampliſſime Pater, ut Calen. Ianuariis, principe ineuntis anni die munuſcula quaepiam miſſitentur &c. Vale. Londini calendis Ianuariis. M. D. VI. *In fine poſt Epiſtolam* Hieronymi Buslidii Thomae Moro *data* ex aedibus noſtris Mechliniae M. DXVI. *Duo epigrammata ſequuntur, videlicet,* Gerardi Noviomagi *de Vtopia*, & Cornelii Graphei *ad Lectorem.*

MDXIX. Kal. Octobr.

ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΣ.

Homeri Ilias.

Florentiae in aedibus heredum Philippi Iuntae anno a Virginis nuncio D. XIX. ſupra mille. Leone decimo Pontifice Remp. Chriſtianam adminiſtrante. 8. *fol.* 294. *Epiſtola nuncupatoria fol.* 2. *Mantiſſa in fine fol.* 64. *In Biblioth. Ord. Servor. B.* Mariae *Flor.*

Laurentio Bartholino Protonotario Apoſtolico *Antonius Francinus Varchienſis*. S.

Oblivionis fortaſſe, ornatiſſime *Laurenti*, nos iamdudum criminatus fueris = quum ex quo Florentia diſceſſiſti, numquam ad te ſcripſerimus = verum id potius meae in te reverentiae, quae quidem maxima eſt, tribuas velim = At *Bernardus Iunta*, litterarum, litteratorumque amantiſſimus, tibique deditiſſimus ait, quod etiam *Ariſtides* *περὶ τῆς ῥώμης, ἄλλα ἄλλοι ἄνδρες τὰ ἰσομέτρητα σφίσιν αὐτοῖς, ἰσομέτρητα ποιοῦσιν αὖ καὶ τοῖς θεοῖς*. Eius ergo ſuaſu *Homeri* Iliada, a nobis noſtris typis nuper excuſam, nomini tuo dicamus, non ſolum, ut tibi nos tui immemores non eſſe oſtendamus, verum, ut ceteris noſtrae aetatis ſtudioſis, etſi noſtra haec victura ſunt, poſteris etiam noſtram amicitiam teſtemur. = Vale, & longum tibi, nobiſque, & ceteris amicis vive. Florentiae Kalen. Octobris M. D. XIX.

In altera pagina legitur:

Ἀνδρέου τοῦ Δαξίου τοῖς ἐντευξομένοις εἰς Ὅμηρον ἐπίγραμμα.

MDXIX.

ΟΔΥΣΣΕΙΑ.
Βατραχομυομαχία.
Ὕμνοι λβʹ.

Vlyſſea,
Batrachomyomachia.
Hymni XXXII.
Ibid. 8. *fol.* 280. *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis Bartholomaeo Cavalcanti S.

Poſſes, & non iniuria, humaniſſime *Bartholomaee*, nos magnae inhumanitatis accuſare, quod quum omnes fere, quos habebamus amicos, his quae ferunt noſtri agri munuſculis donaverimus, alioſque nobis paraverimus, = tu ſolus, quem omnium amicorum amiciſſimum habemus, nullo huiuſmodi munuſculo a nobis donatus fueris. Quare *Homeri* Odyſſeam, nuper a nobis excuſam, nomini tuo nuncupamus, tum, ut apud te hanc criminis ſuſpicionem effugiamus, tum, ut amicitiam noſtram aeternitati conſecremus. Adde, quod vere alter *Telemachus* es, nam quemadmodum ille invita paene parente, maximiſque laboribus impiger, per mare, per terras ivit, *Palladis* auxiliis, conſiliiſque parentem quaeritans, ſic tu, equidem credo, nec vana fides, eadem *Pallade* adiutrice, ad bonas diſciplinas adeo es inflammatus, eamque utriuſque linguae eruditionem (quod dictum velim citra adulationem) es conſequutus, ut omnes, qui te norunt, mirentur, ſtupeantque, praeſertim in tanta bonorum fortunae, corporiſque abundantia = De nobis tantum tibi pollicearis, quantum de amicorum optimo. Vale.

MDXIX.

Hoc volumine haec continentur.

Claudii Claudiani in Ruffinum Libri II.
De Bello Gildonico Lib. I.
Epithalamium in nuptiis Honorii & Mariae.
Eiuſdem Panegyrici VII.
In Eutropium Lib. II.

De Bello Getico Lib. I.
Eiuſdem Epigrammata quaedam
De Raptu Proſerpinae Lib III.
Omnia nuper diligentiſſime recognita.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini. M. D. XIX. Leone decimo Pontifice. 8. *fol.* 175. *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis Franciſco Spinello iuveni eruditiſſimo. S.

Quum autumno ſuperiori, humaniſſime *Franciſce*, in Feſulano *Daxii* noſtri ad Kalen. Octobris eſſemus ſedentes, quaſi in hemicyclio, Eclogam illam *Theocriti*, quae χάριτες ἢ ἱέρων inſcribitur, legebamus; adeo autem huiuſmodi lectione delectabamur, ut omnino (id *Daxio* adfirmante, cui merito primas tribuebamus, quum nemini hac noſtra tempeſtate, vel graece, vel latine cedat) a *Theocrito*, albis, ut aiunt, equis *Maronem* in Bucolicis ſuperari iudicaremus. Nato deinde iucundo quodam ſermone de Poetarum tum Graecorum, tum Latinorum virtutibus, & ne longior ſim, aliis alia dicentibus, inquis: Equidem *Claudii Claudiani* Panegyricis, aliiſque Poematibus, niſi vere claudus, truncatus, ſuiſque numeris perturbatus eſſet, delectarer. Ego vero, ut hanc apud te gratiam inirem, ſtudioſiſque aliquo pacto prodeſſem, Florentiam reverſus, ſtatim *Bernardo Iuntae* noſtro, litterarum, litteratorumque, ut ſcis, amantiſſimo, perſuadeo, quum alios fere omnes Poetas, atque Oratores excuderit, hunc quoque caſtigandum, excudendumque curare. Collatis ergo in unum multis antiquiſſimis exemplaribus, quae potuimus vulnera, *Claudiano* ſanavimus, ad hoc

acri *Daxii* iudicio uſi; adeo ut compertum habeam, te non amplius eum claudum nuncupaturum; nonnulla quae ſuperſunt in veram lectionem reſtituentur, quum melior dabitur codex. Has autem = lucubratiunculas excuſas, tibi *Claudiani* amantiſſimo, merito dicamus, quum inter Florentinos iuvenes, omnibus animi, fortunae, corporiſque bonis cumulatiſſimus polleas. Omitto egregiam tuam graecae romanaeque linguae peritiam, humanitatem ſingularem, qua omnes, quibus cum verſaris, in dies ex amicis, tibi amiciſſimos reddis = Vale, & nos, quod facis, ama.

Tum ſequitur: ex libro quinto *Petri Criniti* de Poetis Latinis *Cl. Claudiani* vita, *& tandem Epigramma, cuius eſt titulus: Paulus Catinianus* ſub *Claudiani* perſona ad Lectorem.

MDXIX.

Florilegium diverſorum Epigrammatum in ſeptem Libros. ΑΝΘΟΛΟΓΙΑ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΩΝ, *ἀρχαίοις συντεθειμένων σοφοῖς, ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσιν, ἑρμηνείας ἐχόντων ἐπίδειξιν, καὶ πραγμάτων ἢ γενομένων, ἢ ὡς γενομένων ἀφήγησιν. διαρεῖται δ' εἰς ἑπτὰ τμήματα τὸ βιβλίον. καὶ ταῦτα εἰς κεφάλαια κατὰ στοιχεῖον διεκτίθεται.*

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini: Anno a Virginis Nuncio .D XIX. ſupra Mille. Leone X. Pontifi. Max. Chriſtianam Rem. adminiſtrante. 8. *pag.* 411. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramontani *IC. Flor. Epigrammata ſunt* 2568. *Nulla adeſt Praefatio. In parte averſa primae paginae, quae relatum titulum habet, leguntur* Κεφάλαια τοῦ. Α. τμήματος.

MDXIX.

MDXIX.

Q. Aſconii Pediani in Ciceronis Orationes Commentarii, atque Georgius Trapezuntius, de artificio Ciceronianae Orationis pro Q. Ligario, nuper maxima diligentia excuſi.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini M D XIX. Leone Decimo Pontifice. 8. *fol.* 128. *Index Rerum notab. fol.* 8. *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis Averardo Serriſtorio Patritio Florentino. S.

Conſueverunt, maiores noſtri, humaniſſime *Averarde*, ut apud aliquem Principem, vel privatam perſonam gratiam inirent, ſemper aliquid efficere, quo illum aeternitati conſecrarent, eiuſque animum ad bonas diſciplinas inflammarent. Quare quum ego quid potiſſimum tua humanitate dignum invenire poſſem, diutius cogitaverim, ut aliquo pacto tibi gratificarer, nihil venit in mentem, niſi, ut aliquo illorum munuſculorum, quibus amicos noſtros donare ſolemus, te quoque donaremus. *Aſconii* ergo *Pediani* Fragmentum a nobis anno ſuperiori caſtigatum, maximaque diligentia novis typis excuſum, *Georgiique Trapezuntii* de virtute *Ciceronianae* Orationis pro *Q. Ligario* commentarium nomini tuo, quia ſcio, te huiuſmodi auctorum integra lectione delectari, nuncupamus = Illud unum certe doleo, me *Aſconium* in veram formam reſtituere non potuiſſe; tam enim adulteratus, mancuſque eſt, ut equidem auſim adfirmare, nullum apud Latinos ſcriptorem, tot mendis ſcatentem legi; non enim ſolum lacerum crudeliter ora, ambaſque manus, ut *Maro*

in Inferis ſuis de *Deiphobo* inquit, inveni, at totum corpus adeo deturpatum, ut equidem perſancte adiuraverim, me ſaepius ab incoepto opere deſtitiſſe = Vale, & de me, tamquam de amiciſſimo tibi pollicearis.

MDXIX.

P. Ovidii Naſonis vita ex ipſius Libris excerpta.

Heroidum Epiſtolae. Amorum Libri III. De arte Amandi Libri III. De remedio Amoris Libri II. De Medicamine faciei. Nux, ſomnium

In medio adeſt Lilium, quod duo puerali ſubſtentant, tum ſequitur hoc breve monitum.

Pulex & Philomela, quamvis Ovidii eſſe dicantur, non magis tamen ipſius ſunt, quam Sabini tres illae, quae illi adſcribuntur Epiſtolae. Ne quid tamen deſiderari a nobis poſſit, hoc etiam adiunximus.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini Anno Domini. M.D.XIX. Leone Decimo Pontifice. 8. *fol.* 176. *Prolegomena fol.* 8. *abſque ulla numeratione.* *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis Studioſis S.

Compertum quidem iamdudum habemus, ſtudioſi Adoleſcentes, neminem hac noſtra praeſertim tempeſtate, deteriorem ſubire aleae fortunam, quam ſi quis tum Graecos, tum Latinos auctores recognoſcendos ſuſcipiat, eoſdemque recognitos excudendos curet = Attamen nos nulla huiuſmodi hominum habita ratione, caſtigavimus, caſtigatoſque excudimus permultos Graecos Latinoque auctores, amiciſque noſtris inſcripſimus = Suſci-

pite ergo noſtras has nuper excuſas epiſtolas bono animo, brevi alia & Graeca & Latina ſuſcepturi. Valete. *Tum ſequitur*: *P. Ovidii Naſonis* vita ex eius ipſius libris collecta.

MDXIX.

Μουσαίου Ποιημάτιον, τὰ καθ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον.
Ὀρφέως Ἀργοναυτικά.
Τοῦ αὐτοῦ Ὕμνοι.
Ὀρφεύς περὶ Λίθων.
Γνῶμαι ἐκ διαφόρων Ποιητῶν.
Ὁμήρου Βατραχομυομαχία.

Muſaei Opuſculum de Herone, & Leandro. (1)
Orphei Argonautica.
Eiuſdem Hymni.
Orpheus de Lapidibus.
Sententiae ex variis Poetis.
Homeri Batrachomyomachia.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XIX. 8. *pag.* 104. *In Biblioth.* Marucelliana. *Praemittitur Epiſtola Graeca* Antonii Varchienſis *Studioſis, quae ita ſe habet.*

Ἀντώνιος ὁ Βαρχινεὺς τοῖς σπουδαίοις εὐπράττειν.

Εὐριπίδου τοῦ μεγίστου τῶν τραγικῶν ποιητῶν τὰς τῆς Ἑκάβης, καὶ τῆς ἐν Αὐλίδι Ἰφιγενίας Τραγωδίας, ὅτ' ἐδώκαμεν παρὰ τοῦ Ἐράσμου τοῦ ῥοτεροδάμου ῥομαίας πεποιημένας, καὶ πὰῤ

(1) *Graece, & Latina: reliqua autem, quae ſubiiciuntur Opuſcula ſunt graece tantum edita.*

ἡμῖν ἐντετυπωμένας, τότε πάσας τὰς τῶν ἑλλήνων ἀρίστας βίβλους ὑμῖν πορίσεσθαι ὑπεσχόμεθα, ὡς ἐν τοῖς τῶν ῥωμαίων ἐποιησάμεθα. ἐθέλομεν γὰρ ἐν τοῖς ἕλλησι ὡς ἐν τοῖς ῥωμαίοις τοὺς σπουδαίους ὠφελεῖν, καὶ οὐ μόνον πορίσομεν, ἀλλὰ πορίσομεν εὖ. βουλόμεθα δὲ τοῖς Μουσαίου παλαιοτάτου ποιητοῦ τὸ ποιημάτιον κατ' Ἡρὼ καὶ Λέανδρον προοιμιάξειν, καὶ Ὀρφέως ἀργοναυτικὰ ὡς ἀκροβολισμόν τινα. λαμβαντ' οὖν τουτὶ τὸ βιβλίδιον ἀγαθῇ τύχῃ, ἣν γὰρ ὠνήσεσθαι ἄλλα καὶ ἄλλα δώσομεν. πιστεύετε μὲν ἡμῖν ἄνευ ὑμῶν ὀυδὲν ἐστὶ γενέσθαι. δεῖ γὰρ χρημάτων, εἶπεν ὁ Δημοσθένης, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστὶ γενέσθαι τῶν δεόντων. ἔῤῥωσθαι.

Inde ſequuntur graece, & latine Marci Muſuri *Cretenſis Epigrammata duo in* Heronis *Poematium. Inter pag.* 8. *&* 9. *eiuſdem Poematii ſubiiciuntur* Antipatri *Carmina in idem Argumentum, ac duo tabulae in ligno inciſae, quae* Heronem *mare tranantem, eiuſque mortem repraeſentant. In fine autem adfertur graece, & latine* εἰς Μουσαῖον ἐπιτάφιον. *In* Muſaeum *Epitaphium. Tum pag.* 17. *ſequuntur* Orphaei *argonautica. &c.*

MDXIX.

Appiano Alexandrino delle guerre civili dei Romani tradotto da Meſſer Alexandro Bracceſe Fiorentino, nuovamente con ſomma diligentia impreſſo.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nell' anno del Signore M. D. XIX. Leone X. Ponti. Max. 8. *fol.* 288. *In* Magliab.

Iannoctius Pandulphinus, *Petri Philippi* Filius legentibus S. D.

Io extimo che non ſi poſſa far coſa più grata = Avendo io tenuto appreſſo di me lungo tempo una traduzione di Latino in Toſcano delle guerre civili, che ſeguirono già a Roma ſcritte da *Appiano Alexandrino*, tradutta da Meſſer *Alexandro Braccio* Cittadino Fiorentino, huomo ne' tempi ſua, non meno eloquente, che dotto, & nelle actioni civili exercitatiſſimo, per non obſcurare quella fama & gloria, che queſte ſue fatiche meritano, la ò voluta mandare fuora, & al pubblico uſo concedere &c.

MDXIX.

Q. Horatii Flacci Poemata nuper quam diligentiſſime recognita cum inſtitutionibus quibuſdam ſuis locis poſitis, quae Commentariorum vice funguntur.

Omnia inſuper metrorum genera, & quaenam ſint, & e quibus conſtent pedibus, & in fronte, & intus ſuis locis adpoſita. Permutata quaedam in toto opere, & cur mutata ſint ratio redditur.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini . M . D . XIX. Leone X. Ponti. Maxi. 8. *fol.* 176. *In Feſul. Duas habeo huius anni editiones* Horatii Iuntinas, *quae eodem ordine, ac paginarum numeratione procedunt, ſed Lilii Emblema, tam in principio, quam in fine diverſum eſt, ac praeterea compendia quaedam animadverti, quae non ſunt in altera, neque lineae verſuum ſibi adamuſſim reſpondent.*

Benedictus Philologus Florentinus docto iuveni *Philippo Nerlio* S.

Meus in te amor &c. *Eadem eſt epiſtola atque illa, quae occurrit in editione* Horatii *Anni* MDIII. *& in altera Anni* MDXIV. *de quibus ſupra. Heic autem adiicitur ſequens monitum:*

Studioſis Adoleſcentibus.

In libellis noſtris, quos excuſimus hactenus, Diiſque iuvantibus excudemus, ſtudioſi adoleſcentes, nihil omnino praetermittere animo nobis inſedit, quod ſit undecumque veſtris uſibus defuturum. Idcirco exhibemus modo vobis *Horatianum* iſtud Enchiridion, & caſtigatum in primis, & ut licebit intueri, metricis rationibus cum ſchematis ſuis, alias a viris diſertiſſimis excogitatis, tamquam auctario quopiam inſignitum. Id vos ex nobis pro ſolita veſtra humanitate ſuſcipite, ſperantes acceſſura ad vos propediem & multa alia cultiora, atque emendatiora. Valete. *Tum ſequuntur uſque ad pag.* 19. *metrorum genera quae in* Horatii *libris continentur, &* Q. Horatii *vita per* Petrum Crinitum *Florentinum.*

MDXIX.

M. T. Ciceronis Orationes a Nicolao Angelio.

Florentiae Iunta MDXIX. 8. Arvood *loc. cit. pag.* 185.

MDXX. II. Ianuarii.

Ioannis Ioviani Pontani Opera omnia ſoluta oratione compoſita, in ſex partes diviſa.

Nomina Librorum, quae in hiſce ſex partibus continentur a tergo huius paginae notata invenientur.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XX die ſecunda Ianuarii. Leone. X. Ponti. Maxi. *Poſt regiſtrum, & ſtemma* Iuntarum *ſequitur* = Index Capitum Librorum omnium *Ioannis Ioviani Pontani* qui in prima parte continentur. 8. *fol.* 272. *cum Indice Librorum in fine fol.* 4. *In Feſul.*

Poſt Libri titulum, adferuntur ſingularum partium Libri tali pacto:

Libri primae partis.

De Fortuna Libri II.
Liber de Principe.
Liber de Liberalitate.
Liber de Beneficentia.
Liber de Magnificentia.
Liber de Splendore.
Liber de Conviventia.
De Obedientia Libri V.
De Magnanimitate Libri II. &c.

Antonius Francinus Varchienſis Ioanni Neretto, Bernardi filio iuveni eruditiſſimo. S.

Fuerunt nonnulli, *Ioannes* humaniſſime, ex eo crediderim hominum numero, qui ſemper alios maledictis inſectari cupiunt, qui nos, in his praefatiunculis, quas libris, noſtris lucubrationibus caſtigatis, & ad communem ſtudioſorum utilitatem excuſis, adponimus, vehementer accuſarint; &

hoc tantum nituntur argumento, quod nos alieni laboris fructus colligamus, aliorum Opera amicis noſtris inſcribendo, & ſic, pro laude vituperationem, pro utilitate iacturam, pro bene dictis maledicta, noſtro hoc quotidiano labore reportamus. At hi quum doctiſſimis doctiores videri volunt, faciunt nae intelligendo, ut comicus inquit, ut nihil intellegant; nam quum nos accuſant, permultos & litteraturae nobilitate clariſſimos viros accuſant, quos nos auctores habemus, quorumque aemulari maluimus negligentiam potius, quam iſtorum obſcuram diligentiam, qui ſuis vigiliis multos & graecos, & latinos auctores antea adulteratos, ſuiſque numeris perturbatos, ad eam formam reduxerunt, ex qua verus ſenſus elici poſſet; &, ut alios omittam, quantum Aldo Manutio, qui bonos quoſque Graecos Latinoſque Auctores pulcherrimis typis, ſummaque diligentia excuſos amicis ſuis inſcripſit, debeant ſtudioſi, tu qui harum rerum es acerrimus perſcrutator & iudex, optime iudicare potes. Quantum praeterea eodem pacto *Iuntarum* Familia & Florentiae graece, atque latine, & Venetiis, quae ad Eticem, Phyſicem, Sacramque Theologiam excudendo humano generi profuerit, nemo eſt qui ignoret = Haec ad te ſcribo, *Ioannes* humaniſſime, & cum his quaecumque a *Pontano* ſoluta oratione ſcripta fuerunt, nuper a nobis in ſex partes diviſa, eo ordine, quem ipſe auctor inſtituiſſe viſus eſt, vel doctiſſimi viri probaſſe, muneri mitto = & nos ea benevolentia, qua ceteros amicos proſequeris, ama. Vale.

Pars II.

Ioannis Ioviani Pontani
De Prudentia. Libri V.
De Fortuna Libri III.
De Immanitate. Lib. I.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini .M.D.XX. Die XXIII. Maii. Leone .X. Pont. Max. 8. *fol.* 224. *Index Libror. fol.* 4.

Pars III.

Ioannis Ioviani Pontani
Charon Dialogus.
Antonius Dialogus.
Actius Dialogus.
Aegidius Dialogus.
Aſinus Dialogus.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini .M.D.XX. Die duodecima Martii, Leone .X. Pont. Max. 8. *fol.* 208.

Pars IV.

Ioannis Ioviani Pontani
De Sermone Libri ſex.
De Aſpiratione Libri duo.
Belli quod Ferdinandus ſenior Neapolitanus Rex cum Ioanne Andegavienſium Duce geſſit Libri ſex.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno D. .M.D.XX. quarto nonas Maii. Leone X. Pont. 8. *fol.* 286. *Index fol.* 4.

Pars V.

Pontani de Rebus Caeleſtibus Libri XIIII.
8. *fol.* 337.

Pars VI.

Centum Ptolemaei ſententiae ad Syrum fratrem a Pontano e Graeco in Latinum tralatae, atque expoſitae.

Liber etiam de Luna imperfectus.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini .M.D.XX. Die ſextadecima Iulii. Leone .X. Pont. Max. 8. *fol.* 147. *Index fol.* 4.

MDXX. XXV. Maii.

Cornazano de Re Militari con ſomma diligentia impreſſo.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nel anno del Signore .M.D.XX. a dì XXV. di Maggio. Leone .X. Pont. 8. *fol.* 183. *In* Magliab.

Bernardo di *Philippo* di *Giunta* Fiorentino impreſſore agli Lettori Salute.

Meſſer *Antonio Cornazano* fu uomo ſanza dubio litterato, & delle actioni della guerra capaciſſimo &c.

MDXX. IX. Kal. Auguſti.

Virgilius.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M. D. XX. Nono Kalendas Auguſti. Leone decimo Pont. Max. 8. *fol.* 236. *Prolegomena fol.* 8. Maphaei Vegii *Liber additus*, *&* *Analecta* Virgiliana *fol.* 63. *In* Magliab. *&* *Feſul. Sed utrumque exemplar imperfectum eſt. In averſa primae paginae parte, quae adlatum titulum praefert, legitur Epiſtola nuncupatoria ita inſcripta:*

Antonius Francinus Varchienſis, Andreae Daxio *viro utriuſque linguae peritiſſimo*. S. D.

Si quiſquam eſt, cui libros noſtrae emendationis titulo excuſos, nuncupare debeamus, tu ille es, *Duxi* ſuaviſſime, quippe qui nobis in hoc noſtro negocio quotidie auxiliari non deſinis. Quare quum proximis diebus *Maronis* Opera diligentiſſime recognita, acrique in hoc, ut in ceteris, *Nicolai Angelii Bucinenſis*, viri litteraturae nobilitate clari, iudicio uſi, excudentium feſtinationi ſuppeditaverimus, tibi, ob ſimilitudinem, quae eſt inter te, Virgiliumque nuncupanda cenſuimus. Quis enim plura, quis meliora, quis etiam dilucidiora carmina, vel graeca, vel latina, quam tu, componit? ut equidem auſim adfirmare, neminem civitatis noſtrae, profundius te, caballino fonte labra proluiſſe, ſed non eſt hic laudes tuas narrandi locus. = Volumus autem te hoc munuſculo donatum, non quia eius generis eſt, quo hominum laudes aeternitati conſecrantur, ſed ut ſi qua a nobis omiſſa ſunt, diligenter expendas, Virgiliuſque ipſe, non alius, quam ſi a Varro Tuccaque recognitus, ad manus hominum perveniat = Vale, longumque nobis & amicis vive.

Tum ſequuntur. *Benedicti Philologi* viri peritiſſimi in *Virgilium* adnotationes, *quibus expletis in pagina vacua adſcribitur titulus*: Bucolica. *Tum*: Georgicornm libri IV. *praeviis argumentis* Modeſtini *Iuriſconſulti*. *Poſtmodum habentur*: Argumenta XII. librorum. Aeneidos XII. verſibus comprehenſa. *Octavii Auguſti* in *Vergilii* Aeneidem verſus. Adilon *Modeſtini* Iuriſconſulti in primum Aeneidos librum argumenta, *quae & aliis libris praemittuntur*. *P. V. M.* Aeneidos principium a *Tucca* &

Varo ſublatum. *In fine Aeneidos adparet impreſſionis nota iam relata, cum ſolito* Iuntarum *ſtemmate, Lilio videlicet, quod duo pueruli ſtantes, & Cornucopiam tenentes ſuſtentant. Mox* Maphaei Vegii *Laudenſis Liber occurrit, praevio argumento, & tandem volumen claudunt Analecta in* Virgilium, *nova paginarum numeratione diſtincta, & a fol.* 1. *uſque ad* 63. *progrediuntur.*

MDXX.

MAPHAEI VEGII LAVDENSIS LIBER.

Separatim impreſſus, cui adiiciuntur Analecta Virgiliana, *quae deſinunt in carmine, cui titulus* Copa. *Sine ulla typographi nota & anno, at cum ſolo* Iuntarum *emblemate Lilio ſcilicet inter duos puerulos Cornucopias habentes prae manibus* 8. *conſtat foliis* 64. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *Aliud exemplar horum Carminum poſſideo in Feſ. iiſdem characteribus impreſſum ſed diverſae compoſitionis, conſtans* iiſdem fol. 64. *Huic praemittitur titulus in pagina prima vacua ſcilicet* VIRGILIVS, *in averſa autem parte occurrit Epiſtola nuncupatoria* Antonii Francini Varchienſis Andreae Dactio, *ac* Benedicti Philologi *viri peritiſſimi in* Virgilium *adnotationes, videlicet in Eclogas, in Georgica, & Aeneida. Mox ſequuntur* Bucolica, *quae omnia folia implent* 16. *His adnectitur* Vegii *Liber, & Analecta* Virgiliana, *ut ſupra deſcripta.*

MDXX. V. Idus Auguſti.

ΗΣΥΧΙΟΥ ΛΕΞΙΚΟΝ.

Heſychii Dictionarium.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M.D.XX. quinto Idus Auguſti, Leone. X. Pont. Max. *fol.* *Conſtat. fol.* 156. *In* Magliab.

Occurrit in prima pagina, una cum adlato titulo, inſigne Iuntarum, *Lilium videlicet, quod duo pueruli ſtantes, ac cornucopias tenentes ſubſtentant. Inde ſequens Epiſtola legitur:*

Antonius Francinus Varchienſis *Petro Franciſco Portinario* Patritio Florentino. S.

Non te latet, humaniſſime *Petre Franciſce*, fuiſſe quondam maximam inter bonarum artium Profeſſores quaeſtionem, & adhuc ſub iudice litem eſſe, utrum poſſent Latini ad ſummum diſciplinarum apicem adſcendere, & in his, quas humanitatis litteras appellamus, proficere, abſque optima graecarum litterarum cognitione = Igitur quum miro erga bonas artes, earumque ſtudioſos adficiamur amore, ad communem omnium utilitatem Heſychii κατὰ ϛοιχεῖον Lexicon, propter plurimam, quae in illo eſt ditionum copiam, excudendum ſumma diligentia curavimus. Et quia libros noſtris lucubrationibus caſtigatos, atque excuſos, amicis noſtris inſcribere conſuevimus, hunc nomini tuo nuncupamus, tum ob amicitiam noſtram, tum ob egregiam tuam utriuſque linguae bonarumque artium peritiam = Et nos ea benevolentia, qua ceteros amicos, proſequaris. Vale.

Subiicitur notitia Heſychii *ex* Svida *excerpta Graece. Ante Lexici initium marginem ſuperne implet, prout in graecis Codicibus videre eſt, ornatus ſatis elegans rubricatus, quemadmodum etiam Initiales litterae rubro ſunt colore eleganter expreſſae.*

MDXX. Menſe Auguſti.

Auguſtini Niphi de Medicis, Philoſophi Sueſſani, Dialectica ludicra, tyrunculis, atque veteranis utillima, Peripateticis conſona, iunioribus ſophiſticantibus contraria, numquam prius in lucem edita, aureum Opus viliori argento emito.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XX. Menſe Auguſti Leone X. Pontifice Maximo. 4. *fol.* 103. *Proleg. fol.* 4. *gothico, ut vocant, charactere. In Biblioth. Servor. B.* Mariae *Florentiae. In ultima pag. quae vacua ſupererat, Lilium inter duos puerulos cum cornucopiis videre eſt.*

Auguſtini Niphi Philoſophi Sueſſani Dialectica ludicra ad Reverendiſſimum Dominum *Ioannem* Sanctorum *Coſmae* & *Damiani* Diaconum Cardinalem de *Salviatis*.

Saepe & a diſcipulis = diu itaque, multumque ipſe mecum revolvi, cui Ludicra haec dicare poſſem, ac ſub cuius clypeo edere, e quo non tam nomen, quam defenſionem (quum iam bella mihi parata videam) ſuſcipere poſſint. Occurrit tandem *Andreas Turinus* Piſcienſis amicus noſter, tuarum autem virtutum indefeſſus praeco, qui numquam de tuis ampliſſimis virtutibus, deque tua admirabili manſuetudine ac humanitate, deque doctrina praeclariſque moribus, quibus inſtitutus es, praedicare deſinit; & declaravit, quam grato animo, hilarique vultu Ludicra haec ſuſcepturus eſſes, quamque acerrime, ſi opus fuerit, contra oblatrantes defenſurus. = Vale. *Inde ſequitur diploma* Leonis X. *in favorem* Iuntarum.

MDXX. Menſe Novembri.

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΟΥΣ ΟΝΟΜΑΣΤΙΚΟΝ.

Iulii Pollucis Vocabularium.

Poſt regiſtrum nota Typographi ita exprimitur. Ἐν τῇ Φλορεντίᾳ παρὰ Βερνάρδῳ τῷ Ἰούντα Ἀνθεστηριῶνι Μηνί. Α. Φ. Κ.

Florentiae apud Bernardum Iuntam menſe Novembri M. D. XX. *fol. Conſtat fol.* 342. *non computatis prolegomenis, quae paginas implent* 8. *In Feſul.*

Antonius Francinus Varchienſis Thomae Linacro Regis Angliae Medico. S.

Lege quadam naturae decretum eſt, ornatiſſime *Thoma*, ut omnia, quaecumque ea ſint, in hoc noſtro orbe, in dies mutentur, & alia meliora, alia vero deteriora fiant = Floruerunt noſtra aetate Florentiae bonae diſciplinae, cuius rei teſtes ſunt nobis, eruntque poſteritati, *Marſilius Ficinus*, ſolus ſua aetate, *Platonem* moribus, & doctrina imitatus, *Angelus Politianus*, vir noſtrorum hominum ſuo tempore longe ingenioſiſſimus atque eloquentiſſimus, teſtis *Emanuel Chryſolora*, *Iohannes Argyropylus*, *Iohannes Andronicus* Byzantius, *Demetrius* Athenienſis, ſumma doctrina viri, Florentiam ad publicam lectionem honeſta mercede conducti. Floruerunt eaedem Neapoli, floruerunt Venetiis, antequam *Hermolaus Barbarus*, *Iovianuſque Pontanus*, alter Venetus, alter vero Neapolitanus ex hac vita migrarent. Quod quidem meo iudicio a bona Principum inſtitutione naſcitur; habent enim & bona ſtudia, ut diximus,

ſuam fortunam, felicem, atque infelicem, ſecundum varias rerum mutationes; amant pacem, fugiunt bella, urbanitatem deſiderant, ocium ſequuntur. Fovebat olim illa Magnus *Laurentius Medices*, quo noſtro malo fato hac vita defuncto, Muſae Florentiae, & in tota auſim adfirmare Italia uſque ad haec tempora ſiluerunt, nunc autem odore, ut ita dixerim *Medicum* Familiae, quae ſemper fuit bonarum artium unica altrix reviviſcere coeperunt; & non modo Florentiae, at in reliquo etiam orbe; nam ut alios omittam, non *Marcellus Virgilius* Reipublicae Florentinae a ſecretis, vir utriuſque linguae eruditione apprime nobilis, ſolertia ſingulari, iudicio acri, ingenio ad promerendam hominum gratiam miro, *Dioſcoridem* tam egregie interpretatus nuper edidit? Adde quod *Leo* Pont. Max. ad reparandam graecarum litterarum, ac diſciplinarum iacturam, quae erant fere in oblivionem collapſae, accerſivit nuper Florentiam e media Graecia complures ſpectatae indolis adoleſcentes, ac viros doctos, quotquot reperti ſunt, per quos ipſi pueri inſtituantur, & ad eam rem utriſque facultates ſuppeditavit; adeo ut omnes ſperare poſſimus, plures & eas meliores, Florentiae graecas litteras brevi futuras, quam umquam alias fuerint = *Pergit deinde ſummis perſequi laudibus* Henricum *invictiſſimum Angliae Regem*, *Cardinalem Eboracenſem*, *Apoſtolicae Sedis Legatum*, Thomam Morum, Crocinum, Pacceum, Tonſtallum, *atque inde ſubiungit* = quum itaque aureum diſciplinarum ſaeculum rediiſſe videamus, volumus & nos aliquo pacto ad ſummum diſciplinarum apicem tendentibus prodeſſe, & ob id quamplurimos tum graecos, tum latinos Auctores noſtris lucubrationibus caſtigatos excudendos curavimus, in-

ter

MDXX.

Hiſtoria delle guerre externe de' Romani di Appiano Alexandrino tradocta da Meſſer Alexandro Braccio Secretario Fiorentino, nuovamente impreſſa.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nell' anno del Signore M.D.XX. 8. *fol.* 191. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *I. C. Flor.*

Bernardo di *Philippo* di *Giunta* al Lettore S.

E' ſuta ſempre, umaniſſimo Lettore, comune opinione di tutti quelli, che delli ſtudi delle buone lettere ſi ſono dilettati = Noi adunque moſſi da queſte optime ragioni avendo impreſſo gran parte delle coſe latine, & greche, & non piccola ancora delle coſe vulgare per comune utilità, non ci è parſo inconveniente, così come demmo fuora la Iſtoria di *Appiano Alexandrino* delle guerre civili de' Romani, fedelmente ſcritta, e fedeliſſimamente fatta vulgare da M. *Alexandro Braccio* Secretario Fiorentino, imprimere la Iſtoria delle guerre externe del medeſimo Auctore, & dal medeſimo traductore di latino in vulgare transferita &c. *Tum ſequitur*: Proemio di Meſſer *Alexandro Braccio* Secretario Fiorentino al magnifico & illuſtre Capitano S. *Giovanpaulo Vrſino* nella traductione di *Appiano Alexandrino*.

MDXX.

Theodori Gazae Introductio Grammaticae Libri IV. & Opuſculum de Menſibus.

Georgii Lecapeni de Conſtructione Verborum. Graece. 8. Arvood *loc. cit. pag.* 123.

MDXXI. XX. Februarii.

Ameto del Boccaccio.

Impreſſo in Fiorenza per gli heredi di Philippo de Giunta. Nell'anno del Signore MDXXI. a dì 20. Febraio. 8. *pag.* 94. *In Biblioth.* Marucell.

Praecedit Epiſtola inſcripta: Bernardo *di* Giunta *a* Giovanni Serriſtori *Patritio Fiorentino S. P. D.* Inc. *Non ſi può ſenza maraviglia conſiderare* Deſ. *ma vi ci farete in infinito obligati. Valete.*

Vide infra ſub A. MDXXIX. 29. *Maii* Crevenna *in ſuo Catal. recenſet* Ameto del Boccaccio. A dì 20. Febraio MDXXI. 8. *dubito tamen errorem in indicando menſis die inrepſiſſe.*

MDXXI. Menſe Februarii.

Τάδε ἔνεστι ἐν τῇδε τῇ βίβλιῳ.

Πορφυρίου εἰσαγωγὴ	βιβλίον. α'.
Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν	βιβλίον. α'.
Τοῦ αὐτοῦ περὶ Ἑρμενείας	βιβλίον. α'.
Τοῦ αὐτοῦ Ἀναλυτικὰ πρότερα	βιβλία. β'.
Τοῦ αὐτοῦ Ἀναλυτικὰ ὕστερα	βιβλία β'.
Τοῦ αὐτοῦ Τοπικῶν	βιβλία. η'.
Τοῦ αὐτοῦ περὶ Σοφιστικῶν Ἐλέγχων	βιβλίον. α'.

In hoc Libro haec ſunt.

Porphyrii Introductio	Liber unus.
Ariſtotelis Praedicamentorum	Liber unus.
Eiuſdem Periherminias	Liber unus.
Eiuſdem Priora Reſolutoria	Libri duo.
Eiuſdem Poſteriora Reſolutoria	Libri duo.
Eiuſdem Topicorum	Libri octo.
Eiuſdem Elenchi	Liber unus.

ter quos etiam *Pollucis* ὀνομαςικὸν, ſic enim ab illo inſcribitur, quem qualis qualis eſt, humaniſſime *Thoma*, *Iohannis Petri Machiavelli* tibi deditiſſimi, nobiſque amiciſſimi ſuaſu dedicamus, ob egregiam tuam utriuſque linguae bonarumque diſciplinarum peritiam; hortamurque, ut ſi quando ocium nactus eris, *Pollucem*, ea qua ſoles felicitate, Latinum facias; & ſi quid habes aut *Galeni*, aut *Hippocratis* translatum, cui ultimam manum impoſueris, ad nos excudendum mittere non dedigneris, nos autem curabimus, ut quaecumque *Galeni* opera heic inveniuntur tibi tranſcribantur = Vale.

Sequitur = Tabula eorum, quae in decem Onomaſtici Libris tractantur Graece & Latine. Teſtimonium *Svidae* de *Polluce*, *ac tandem Codicem claudit Epiſtola* Scipionis Carteromachi *ita inſcripta*: ΣΚΙΠΙΩΝ ΚΑΡΤΕΡΟΜΑΧΟΣ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΛΟΓΟΙΣ ΕΥΠΡΑΤΤΕΙΝ *Inc.* Τὰ ὄντα καθ' ἑαυτὰ μὲν ὑφίςαται ἐν τοῖς πράγμασι. *Deſ.* αὐτὰ ταῦτα ἀφεὶς, ὧν εἰσι σκιαί. ἔῤῥωθε.

MDXX. XX. Decembris.

Ad Carolum Maximum Imperatorem, & Hiſpaniarum Regem Fratris Ambroſii Catharini Ord. Praed. Apologia pro veritate Catholicae, & Apoſtolicae fidei, ac doctrinae adverſus impia, ac valde peſtifera Martini Lutheri dogmata.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Dom. M.D.XX. vigeſimo menſis Decembris *fol.* *Conſtat. fol.* 92. *In Biblioth. Servorum B.* Mariae *Florentiae*.

Hieronymus Benivenius Antonio Neguſantio Fanenſi V. I. C. Salutem.

Lectitanti mihi, *Antoni* ſuaviſſime, validiſſimas illas tuas concluſiones, a quibus quaſi aheneis tormentis inextricabilem, ut ſic dixerim, *Martini Lutheri* labirintum expugnare contendis, ecce aliud fratris *Ambroſii Catharini*, olim *Lancellotti Politi* Senenſis Iuriſcon. undequaque doctiſs. & a te nunquam ſatis laudati opus offertur &c.

MDXX. Menſe Decembri.

Commentaria Caeſaris prius a Iocundo impreſſioni data, poſterius a nobis diligentiſſime reviſa &c. *Idem omnino titulus ac ſupra relatus ſub Anno* M. D. XIV. *menſe Auguſti.*

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini. M. D. XX. Menſe Decembr. Leone. X. Pont. Max. 8. *fol.* 286. *Prolegomena fol.* 16. *cum tabulis in principio quibuſdam geographicis, ut in praecedenti editione. In Feſul.*

Ioan. Iucundus Veronenſis *Iuliano Medici* S. P. D.

Si diligentius quis conſideret &c. *Eadem Epiſtola ac ſupra relata. Habetur in fine*: Index eorum, quae in Commentariis *C. Iulii Caeſaris* habentur per ordinem alphabeti per *Raimundum Marlianum*, hominem ſui temporis eruditiſſimum, in quo diligenter quidem, ſed curſim recognito, quaedam emendata ſunt, quaedam, vel dempta, vel mutata, multa addita uſque ad haec tempora.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini. MDXXI. Menſe Februario. 4. *fol.* 151. *In Biblioth. Ordinis Servor. B.* Mariae.

In averſa prima pagina, quae titulum praefert, legitur.

Εἰς Ο"ΡΓΑΝΟΝ Α'ΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ.
Α"νονυμος.

Η"δ ἥ βίβλος Α'ριϛοτέλους λογικῆς παιδείησ.
Ο"ργανον ἣν ἐκάλεσαν σοφίης, ἐιδέμονης ἄνδρες.
Α'λλὰ μῖν αἰθομένῳ πυρὶ λαμπετόωντι ἔισκω.
Φῶς γὰρ ἀληθείης παρέχει, ψεῦδος πιμπρᾷδέ.

Tum ſequitur. Reverendo in Chriſto Domino *Ignatio Squarcialupo*, Caſinenſis Ordinis Abbati digniſſimo *Antonius Francinus Varchienſis*. S.

Non te latet, Reverende Pater, omnibus qui in bonis diſciplinis aliquo pacto proficere cupiunt, neceſſariam eſſe Graecarum litterarum cognitionem; nam quidquid eſt in re latina, quod ad Dialecticem, Ethicem, Phyſicemque pertineat, a Graeco fonte manavit = Quod quum nos iamdudum cognoverimus, videamuſque ea propter in dies magis incumbentium graecis litteris numerum creſcere, facta iam bona copia Latinorum Librorum, quum optimos quoſque latinae linguae libros, & illos noſtris lucubrationibus caſtigatos, excuderimus, cogitavimus & in hac parte bonarum artium ſtudioſis, quoad poſſumus, prodeſſe. Et quamquam, quod doleas, incidimus in turbulenta tempora, & tumultuoſa, in quibus magis arma, quam libri tractantur, *Ariſtotelis* tamen Philoſophorum Principis (licet *Cicero* dicat *Platonem* ſemper excipio) libros, quod ὄργανον Graeci appellant,

quaſi inſtrumentum ad omnes ſcientias pernecèſſarium, excudimus, mox & alios eius libros excuſuri, ſi Diis caeptis noſtris adſpiraverint; in quibus caſtigandis, (ſcatebant enim antea plurimis mendis, adeo ut quum integrae multis locis propoſitiones, ne dicam dictiones, deeſſent, verus non poſſet elici ſenſus) uſi ſumus acri iudicio *Marcelli Virgilii*, Secretarii Florentini, hominis ingenio admirabili, & ſumma doctrina, quem nobis mors invida nuper ſurripuit cuius ego nomine recreor ipſo = ita primus emendatiſſimus ad manus hominum perveniat. = De te = hoc dixiſſe ſatis ſit, iſtius Congregationis Venerabiles Patres = pluries uno omnium conſenſu adminiſtrationis habenas non immerito tibi demandaſſe = Vale, longumque tibi & Religioni vive. *Pone legitur graece brevis Epiſtola ita inſcripta:* Σκιπίων Καρτερόμαχος ὁ Πιςωριεὺς τοῖς Φιλοσοφίαν διώκουσι χαίρειν. *Inc.* Τὸ Φιλοσοφεῖν, ἀεὶ μὲν χρήσιμον. *Deſ.* καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας ὡσαύτως πείσοιτε. Ε"Ρ"ΡΩΣΘΕ.

MDXXI. Menſe Februario.

M. T. Ciceronis Orationum poſt Venetam
editionem iterum recognitarum
Volumen primum.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXI. Menſe Februario. Leone decimo Pont. Max. 8. *fol.* 301. *Prleg.* 8. *In Feſul.*
Praecurrit Epiſtola nuncupatoria ſatis longa Leoni. X. *Pontifici, quae inc.* Magna quaedam res eſt, & ut nihil fortaſſe praeſtantius, ita longe difficilius quiddam, quam homines opinantur eloquentia excellere &c.

MDXXI. Menſe Maii.

M. T. Ciceronis Orationum poſt Venetam editionem iterum recognitarum Volumen ſecundum.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini MDXXI. Menſe Maii Leone decimo Pont. Max. 8. *fol.* 250. *Inc. Epiſtola Nuncupatoria* Petro Bembo: Quum multae ac variae, *Bembe*, artes ſunt.

MDXXI. Menſe Iunii.

M. T. Ciceronis Orationum poſt Venetam editionem iterum recognitarum Volumen tertium.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXI. Menſe Iunii Leone X. Pont. Max. 8. *fol.* 275. *Inc. Epiſtola nuncupatoria* Iacobo Sadoleto: Saepe ego mecum, *Sadolete* &c.

MDXXI. Menſe Martio.

Severini Boethii de Philoſophiae conſolatione. Eiuſdem de Scholaſtica diſciplina, qui alii quoque Autori a nonnullis adſcribitur.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini MDXXI. menſe Martio. 8. *fol.* 80. *Lucae apud Eruditiſſim. March.* Caeſ. Luccheſinium, & *in* Riccardiana. *Eadem praemittuntur Prolegomena, quae in editione Anni* MDXII. *menſe Iulio.*

MDXXI. III. Aprilis.

Eutychii Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani, libellus de his, quae ab optimis Principibus agenda ſunt ad Ludovicum atque Elveriam Ferdinandos a Corduba Principes Sueſſanos.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M. D. XXI. die III. Menſis Aprilis. 4. *fol.* 27. *In Biblioth.* Aloys. Tramont. *IC. Flor.*

In averſa pagina, quae titulum exhibet, occurrunt tria Epigrammata, quorum tituli ſunt: I. *Franciſcus Palmerius* Romanus ad *Ludovicum* Principem Sueſſanum. II. Idem ad *Elveriam Ferdinandam* Principem Sueſſanam. III. Ad eamdem.

Inde ſequitur: Euthychii Auguſtini Niphi Medices Philoſophi Sueſſani, de his, que ab optimis Principibus agenda ſunt libellus ad *Ludovicum* atque *Elveriam Ferdinandos a Corduba*, Principes Sueſſanos Praefatio.

Graviſſimum onus &c.

MDXXI. Menſe Aprilis XXII.

Xenophonte della vita di Cyro Re de' Perſi tradotto in lingua Toſcana da Iacopo di Meſſer Poggio Fiorentino nuovamente impreſſo.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta. A dì XXII. d'Aprile nel M. D. XXI. Leone .X. Pontifice Maximo. 8. *fol.* 156. *In Feſul.*

Ioannes Gaddus Legentibus S. D.

Niſſuna coſa è provata per ancora più gioconda, ne di maggior contento nella vita mia, che

la comunicazione con gli amici di quelle coſe, delle quali io ſia certo abbino, con loro piacere, ad trarre non piccola utilità. &c. *Inde ſequitur alia Epiſtola, cui titulus*: Al Sereniſſimo Re *Ferdinando* d'Aragona *Iacopo* di Meſſer *Poggio Bracciolini* Fiorentino. S.

M. D. XXI. die ultima Aprilis.

Fratris Ambroſii Chatarini Ord. Praedic. Congregat. S. Marci de Florentia Excuſatio Diſputationis contra Martinum (*Lutherum*) ad univerſas Eecleſias.

Proteſtatur author, qui leget & intelliget, quod continetur in hoc libello de Mart. doctrina, ac nihilominus favebit ei, manifeſte oppugnabit Chriſtum, cito a Spiritu S. de peccato arguendus, quod non remittetur. Qui vult capere capiat. Continentur autem hic cauſae, quas reddidit ſacrilegae combuſtionis ad verbum. Item oppugnationes ad defenſiones, quas tribus libellis nephandiſſimis edidit adver. Bullas Pontificias. Ibi damnatos articulos in ſuis verbis poſitos licebit inſpicere, & novas atque intolerabiles plures blaſphemias, praeſertim alterius Opuſculi, quod Babilonicae captivitatis Eccleſiae praeludium, non ab re, neque ſine myſterio nutuque Dei, inſcribitur. (1)

Florentiae per haeredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XXI. *die ultimo Aprilis*. 4. *minori*. *Conſtat fol. ex una parte numeratis* 105. *Venetiis apud Cl. Fr.*

(1) *Haec omnia pro titulo in Libri fronte leguntur*.

Dominicum Mar. Pellegrinium *Ord. Praed. Biblioth.* Zenianae *Praeſ.*

Praecurrit Praefatio ita inſcripta: Maximiliano Imperatori, & Catholico Regi *Carolo* Frater *Ambroſius* Ord. Praed. indignus Faelicitatem.

Paſtor bonus *Ieſus Chriſtus*, *Carole* glorioſiſſime, ſuo gregi contra feras beſtias duo canum genera providit &c.

MDXXI. Prid. Kal. Maias.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ ΠΕΡΙ' ΠΟ'ΛΕΩΝ.

Stephanus De Vrbibus.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XXI. Pridie Kal. Maias. Leone .X. Pont. Max. *Graece fol. In Feſul. Conſtat foliis* 69. *Huic nulla praecedit Praefatio.*

MDXXI. Menſe Iunii.

Chriſtophori Marcelli Patritii Veneti, Archiepiſcopi Corcyrae de Auctoritate Summi Pontificis, & his, quae ad illam pertinent, adverſus impia Martini Lutheri dogmata.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXI. Menſe Iunii, Leone Decimo Pontifice Maximo. 4. *fol.* 145. *cum inſigni* Iuntarum *in ultima pagina, quae vacua remanſerat. In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *I. C. Flor. Praemittitur Index Librorum II. & Capitum totius Operis; mox brevis Epiſtola, quae inc.* Reverendiſſimo ac Illuſtriſſimo S. R. E. Vicecancellario Domino meo, Domino *Iulio* Ti. San. *Laurent.* in *Damaſo* Presbytero Cardinali de *Medicis Chriſtophorus Marcellus* Archiepiſcopus Corcyrae S. P. D.

Feliciſſimis tuis auſpiciis, Ampliſſime Cardinalis, meum hoc de Auctoritate ſummi Pontificis Opus emittitur &c.

MDXXI. Auguſti XVI.

Libro dell' arte della guerra di Niccolò Machiavegli, Cittadino & Segretario Fiorentino.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nelli anni del Signore M. D. XXI. a dì XVI. di Agoſto Leone X. Pontefice. 8. *fol.* 124. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. I. C.

Praecurrit: Proemio di *Niccolò Machiavegli* Cittadino, & Segretario Fiorentino ſopr' al libro dell' Arte della guerra a Lorenzo di *Filippo Strozzi* Patrizio Fiorentino.

MDXXI. Septembris XXVIII.

Libri de re ruſtica a Nicolao Angelio viro conſumatiſſimo nuper maxima diligentia recogniti, & typis excuſi, cum Indice, & expoſitione omnium dictionum, Catonis, Varronis, Columellae, Palladii, quae aliqua enucleatione indigebant.

Additis nuper Commentariis Iunii Pompo. Fortunati in librum de cultu hortorum, cum adnotationibus Philippi Beroaldi.

M. Catonis Lib. I.

M. Terentii Varronis Libri III.

L. Iunii Moderati Columellae Lib. XII.

Eiuſdem de arboribus Liber ſeparatus ab aliis.

Palladii Lib. XIIII. de duobus dierum generibus, ſimulque de umbris, & horis, quae apud Palladium.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini .M.D.XXI. Die .XXVIII. Menſis Septembris, Leone Decimo Pontifice Max. 4. Cato, Varro, Columella *folia implent* 218. Palladius 125. *Dedicatio & Index* 20. *In Feſul.*

Praecurrit eadem Epiſtola Ph. Iuntae *ad* Franciſcum Victorium *quam ſupra protulimus ad An.* MD. XV. *Menſe Iulio, eademque Prolegomena. Nihil diverſum obſervavi ab editione anni* MDXV *niſi quod adiuncta habet vel ad decimum* Columellae *Commentaria* Pomponii, *vel* Codri *ad* Palladium *de inſitione.*

MDXXI. Menſe Decembri.

Α'ΛΕΞΑ'ΝΔΡΟΥ ΤΟΥ͂ Α'ΦΡΟΔΙΣΙΕ'ΩΣ εἰς τὰ τȢ͂ Α'ριςοτέλους πρότερα ἀναλυτικὰ ὑπόμνημα.

Alexandri Aphrodiſienſis in priora Analytica Ariſtotelis commentaria.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini MDXXI. Menſe Decembri, Leone .X. Pontif. Max. 4. *maiori fol.* 174. *In Feſul.*

Auguſtino Nipho de *Medicis* Sueſſano, Peripateticorum Principi *Antonius Francinus Varchienſis* felicitatem.

Nihil eſt, meo quidem iudicio, *Auguſtine* praeſtantiſſime, magis hominis proprium, & quod illum magis Deo ſimilem reddat, quam quum poſſis prodeſſe quamplurimis. Hoc autem multis, & illis validiſſimis argumentis, quod non ignoras, confirmari poſſet, ex quibus illud nobis dixiſſe ſatis ſit, quod ſaepiſſime dicere ſolebat, & paullo antequam ex hac vita migraret, nobis dixit *Marcellus Virgilius*, Secretarius Florentinus, orbis lu-

primo in Amphytrionem cum nominum etymologiis &c. (1).

MDXXII. Menſe Aprili.

Polybii Hiſtoriarum Libri quinque in Latinam converſi linguam, Nicolao Perotto interprete.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae, Menſe Aprili MDXXII. 8. *fol.* 226. *In feſul. Praecurrit* Nicolai Perotti *in* Polybii *Hiſtoriarum Libros Prooemium ad* Nicolaum V. *Pont. Max. quod inc.* Abſolvi tandem aliquando delegatum mihi abs Te munus, Pontifex Maxime &c. *In meo Exemplari accedunt haec alia.*

Titi Livii Patavini Decadum XIIII. Epitome. *Conſtat fol.* 52. *Huic ſubiungitur fol.* 63. Lucius Florus. *Nulla adeſt in fine Impreſſionis nota, ſed inſigne tantum* Iuntinae *Typographiae.*

MDXXII. Menſe Iulio.

Il Petrarca (2)

Impreſſo in Fiorenza per li heredi di Filippo di Giunta l'anno. M. D. XXII. del meſe di Luglio, 8. *fol.* 180. *Sequuntur in fine initia Carminum al-*

---

(1) Plautum *rurſus in lucem emiſit* Iuntina *Typographia Florentiae per heredes* Bernardi Iuntae MDLIIII. 8. *fol.* 388. *Proleg.* 8.

(2) *Hic ſimplex titulus legitur in fronte Libri, incluſus in medio ianuae cuiuſdam, architectonico opere non ineleganter exornatae. Praecurrunt etiam ſingulis Triumphis figurae in ligno inciſae, ea, de quibus agitur in ipſis, repraeſentantes.*

phabetico ordine diſpoſita, *analecta quaedam Veterum Italicorum Poetarum*, Bernardi Iuntae *Monitum ſatis prolixum*, *& doctum ad Legentes*, *& errorum typographicorum emendationes*, *quae omnia paginas implent* 24. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *I. C. Flor.*

Praeeſt ſequens Epiſtola = Al ſuo ill. S. Don *Michele* de *Silva* Orat. del Re di Portogallo al S. Pont. *Bernardo Giunta.*

Indubitatamente giudico io = Venendo l' anno paſſato in Fiorenza M. *Lattanzio Tolomei*, ſpirito certamente per molte ſue parti raro, & amiciſſimo di V. S. & noſtro, ſpeſſe volte advenne, quando era ſpedito delle ſue più importanti cure, che ci trovammo inſieme a ragionamento di quella, = io il quale molto più ſono delli uomini virtuoſi amatore, che imitatore, intanto mi acceſi di gratificarle in qualche parte, che nulla sì intenſamente ſi deſtò mai, quanto io l'occaſione di poterlo fare. Ora intendendo, quella, tra le altre molte ſue virtù, della lingua Toſcana ſommamente dilettarſi, & per adventura appunto imprimendo le coſe volgari del *Petrarca*, certamente Principe di quella, deliberai al nome di V. S. dedicarle, tenendo, non diſconvenirſi mandare a lei quel Cittadino, la cui patria, e il cui idioma tanto gli ſon piaciuti; che nell' una, di tutte le altre d' Italia, à eletto di abitare, & nell' altro, come nel greco, & nel latino tanti excellenti, non recuſa qualche volta ſpendere il tempo &c. = Vale.

men, Italiae decus, Florentiae ornamentum, cui tantum credebamus, quantum antiquitas credere ſolebat illi, qui Apollinis oraculo ſapientiſſimus eſt iudicatus; tibi ceteriſque quum potes, prodeſſe non deſinas. Adde, quod hinc *Platonem*, hinc *Ariſtotelem*, hinc te ipſum huius feliciſſimum interpretem, ut alios omittam, tam multa monumentis litterarum demandaſſe adfirmaverim, ad communem ſcilicet omnium *τῶν ὄντων, καὶ τῶν ἐσομένων* utilitatem, nos vero ne illis, quae in ceteris probamus, defuiſſe videamur, olim, quoad potuimus, optimos quoſque tum graecos tum latinos Auctores, laceros, mutilos, ſuis numeris perturbatos, noſtris lucubrationibus, collatis in unum multis antiquiſſimis exemplaribus, niſi ad priſtinam integritatem redactos (non enim hoc dixiſſe auſim) at ſaltem meliores factos excudendo, ſtudioſis profuimus, & adhuc prodeſſe cogitamus. Nam quum omnes fere Poetas, Oratores, Hiſtoriarumque Scriptores excuderimus, nos ad Dialecticem convertimus, mox Ethicem, Phyſicemque adgreſſuri, ſi Dii caeptis noſtris adſpiraverint; eſt namque in animo *Ariſtotelis* omnia opera a *Marcello Virgilio* olim caſtigata, in lucem edere = Praetereo iudicii tui gravitatem, ingenii magnitudinem, egregiam latinae, graecaeque linguae eruditionem; tum quia haec omnibus nota ſunt, tum quia hae tuae laudes maiori praeconio celebrandae forent; ut iure optimo *Leo* Pont. Max. acerrimus ingeniorum penſitator, & iudex, te Familiae ſuae cognomine donatum voluerit. Suſcipe ergo laeta fronte munuſculum hoc noſtrum, & de *Antonio Varchienſi* numquam a te viſo, tantum tibi pollicearis, quantum de amico-

rum optimo. Vale, longumque tibi, & ceteris litterarum amatoribus vive.

MDXXI.

Alexandri Aphrodiſienſis in ſophiſticos Ariſtotelis Elenchos Commentaria, *ut ſupra graece* 4. Arvood *loc. cit. pag.* 118. *Catal. Biblioth.* Pinellae *Tom. I. pag.* 210.

MDXXII. Menſe Ianuario.

Trogi Pompeii Externae Hiſtoriae in compendium ab Iuſtino redactae.

Externorum Imperatorum Vitae Aemilio Probo auctore.

P. Vellei Paterculi Hiſtoriae Ro. duo Volumina nuper reperta.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae MDXXII. Menſe Ianuario. 8. Crevenna *in Catal. ſuae Biblioth.*

MDXXII. Menſe Martii.

Plauti Comoediae viginti nuper recognitae, & acri iudicio Nicolai Angelii diligentiſſime excuſſae.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini, Anno a Chriſtiana ſalute. D. XXII. ſupra mille, menſe Martii. 8 *fol.* 388. *Nuncupatio & Index fol.* 8. *In Feſul. Praemittitur Epiſtola nuncupatoria* Laurentio Medici, *ut in praecedenti editione An.* M. D. XIV. *Poſt Indicem omnium, quae ſunt notatu digniſſima, ſubiungitur Monitum, tali inſcriptum titulo: Symonis Carpentharii* in *Plautinas* elegantiſſimas Comoedias familiaria argumenta, &

MDXXII. VII. Idus Auguſti

Vol. I.

T. Livii Patavini Decas prima.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Dominicae Incarnationis. M. D. XXII. Septimo Idus Auguſti. *Conſtat fol. 339. non computatis Prolegomenis, quae fol. implent 8. & Index locupletiſſimus rerum memorabilium in fine, folior. 67. In Feſul.*

Iulio Medici Pontifici Cardinali Illuſtri *Nicolaus Angelius Bucinenſis* S.

Pervetuſta noſtram ad aetatem deducta eſt conſuetudo, Pont. Illuſtris, ut ſi egregia cuiquam, olerum, pomorum, gregis foetura naſceretur, ea claris viris, aut amicis muneri, non domino eſui nata eſſe videretur = Bonarum itidem artium, ac nobiliſſimae cuiuſque induſtriae foeturas, eadem inveteratae conſuetudinis lex Principibus dicari non auctoribus ſuis, aut privatis naſci, multos iam annos, iubet = Recognoveram itaque nuper maxima, quanta potui, & cura & diligentia, quae manſere adhuc incolumes *Titi Livii* Decadum reliquias. Huius recognitionis tam adcuratae lucubrationes, volumus pro tempore nomini tuo, ideo eſſe nuncupatas, quod inter ſummos viros, qui beneficio facundiſſimi ſcriptoris tot ſaecula vivunt, viventque in poſterum maxima hominum admiratione, non ignobiliores, honeſtiſſimum te locum tenere, animadvertimus. Digniſſimus in primis, qui tanta hiſtoriae virtute aeternitati conſecreris; nullo enim in genere virtutum, te cuiquam veterum cedere cognoſcimus = Audimus paſſim avitae tuae beneficentiae ac liberali-

tatis in optimum quemque amplitudinem illuſtrem; & ſanctiſſimae fidei dictorum, ac promiſſorum conſtantiam = Agnovit nuper egregias animi tui dotes omnis Gallia citerior; nam quum exercitui Pontificio Imperatorioque praefueris, adverſus validiſſimas hoſtium copias; & plurimis eorum caeſis, Mediolanum urbem opulentam ceperis, militis barbari, victoris inſolentiam, & ardentem praedae rabiem, quae nullis minis, nullis edictis arceri poſſe credebatur, ſumma amplitudinis tuae gratia, & veneranda auctoritas, ab omni populatione, ſuo numine coercuit. Eam ob clementiam & moderationem, cuncta civitas modo te hoſtem, tum Principem ac Dominum ſuum, voce, vultu, animo, ingenti applauſu & laetitia complexa eſt: qua fama pleraeque Galliae Ciſalpinae urbes fidei tam ſpectatae ſeſe dedunt. Quid pluribus lectorem moror? Potui te omni genere laudum uno verbo cumulaſſe, ſtatim ſi dicerem, te nobiliſſima *Medicum* Familia ortum = ceteros ut taceam, adfulxit modo terris, quaſi alter ſol, ſed heu brevi! ſic viſum ſuperis, humano generi illuxit *L.* x. P. Summus, vir quidem numquam ſatis laudatus, & tibi patruelis, & tanto amore coniunctus, ut idem utriuſque animus utro in corpore clariſſima quaeque geſſerit, neſcias. Gaudet itaque, ut puto Livius ipſe, prima ſuarum Decadum fronte tui nominis lucem inter ſummos viros ſuo labore aeternitati conſecratos, ad minores noſtris vigiliis, cuiuſcumque ſunt genii, proferri. Vale, grande noſtrum decus & columen, longumque patriae, & religioni vive. *Tum ſequitur* = T. Livii Patavini Rerum ab Vrbe condita libri primi Epitome uſque ad librum decimum, = *& tandem*: Decas prima, *qua abſoluta, occurrit Ty-*

pographi impreſſionis nota ſupra relata. Inde vero titulus = Ex XIIII. T. Livii Decadibus

Prima,

Tertia,

Quarta nuper maxima diligentia recognitae, collatis ſimul tum antiquiſſimis quotquot reperta ſunt exemplaribus, tum illis, quae hactenus, & Venetiis, & in Germania excuſa fuerunt.

Epitome ſingulorum Librorum XIIII. Decadum.

Hiſtoria omnium XIIII. Decadum in compendium redacta a L. Floro.

Polybii libri V. de rebus Romanis latinitate donati a Nicolao Perotto.

Index copioſiſſimus rerum omnium notatu dignarum.

Poſt inſcriptiones Livii *Patavii repertas, adiicitur Epigramma.*

MDXXII. VII. Idus Auguſti.

Vol. II.

Titi Livii Patavini Decas tertia.

Florentiae per haeredes Philippi Iuntae anno Dominicae Incarnationis M. D. XXII. ſeptimo idus Auguſti 8. *fol.* 321. *non computata epitome, quae implet fol.* 8. *& index in fine fol.* 48.

MDXXII. VII. Idus Auguſti.

Vol. III.

Titi Livii Patavini Decas quarta.

Florentiae per haeredes Philippi Iuntae anno Dominicae Incarnationis. M. D. XXII. ſeptimo idus Auguſti 8. *fol.* 276. *index in principio fol.* 43. *epitome fol.* 6.

MDXXII. Auguſti XIX.

Meſſer Giovanni Gerſon utile & divota Operetta della imitatione di Gesu Chriſto. Qui vult venire &c.

A laude & gloria &c.

Impreſſo in Firenze per gli heredi di Philippo di Giunta. Nell' anno della Salute. M. D. XXII. A dì XIX. di Agoſto. 4. *fol.* 67. *In Feſul. Eadem eſt prorſus editio, quam innuimus ſub. An.* M. D. IX. *Ianuarii* XXII. *cum Chriſti figura in fronte Libri, & ſtemmate* Iuntarum, *lilium videlicet inter duos puerulos in fine.*

MDXXII. Kal. Septembris.

P. O. Naſonis Metamorphoſeos Libri XV. nunc primum in lucem dati caſtigatiſſimi.
Index Fabularum, & eorum, quae ſcitu digna ſunt quam locupletiſſimus.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Dominicae Incarnationis. M. D. XXII. Kal. Septemb. 8. *fol.* 208. *Proleg. & Index fol.* 40. *In Feſul.*

Carolus Vivianus Collenſis *Leonardo Tornabono* Viro clariſſimo S.

Qua temporis parſimonia, *Tornabone* optime, quo rerum ordine, ne minimum quidem interpolato, veteres illi ad immortalitatem conſequendam uterentur, non graviora tantum ipſorum ſtudia, ſed vel convivia abunde nobis declarant = Haec tu quidem vir generoſe, nobis quotidie in mentem reicis, qui quum probe facias omnia, eiuſmodi quaeſtiones inter coenam diſcutere, lucro,

& quidem maximo apponis; quales in Claſſiano tuo ſuperioribus diebus inter eruditos, quos illuc, non praeter ſolitum accerſiveras, agitatae ſunt. = Quaeſitum praeterea eſt, quo maxime commentandi genere res litteraria hodie iuvari poſſit, ubi non parum multis iucunde ſimul & graviter prolatis, facile omnes recognoſcentibus bonos auctores primas dederunt; illos in hac provincia ſummopere damnantes, qui veterum Codicum neglecta fide, coniecturis bonos libros adulterant, non alio aut periculo, aut iactura, quam qui purulento alioqui carcinomati cutem utcumque maligna ope obducunt. *Aldum* iure optimo laudarunt plerique omnes, qui, quamvis labore alieno, magnam partam gloriam verbis in ſe tranſmoverit = Ad coenam redeo, in qua *Ovidianam* metamorphoſin integritati ſuae reſtitutam dixiſti cupere te; transformata enim fuerat librariorum inſcitia in monſtra prope plura, quam ipſa alienas referat transformationes, quorum bonam partem *Aldus* extinxerat, pars adhuc honeſtam faciem deformabat. Dedi igitur operam ut quam emendatiſſima ederetur = has igitur e magna varietatum ſilva collegi, tum ad genuinas deprehendendas lectiones tum ad poeticae locutionis, & iudicii inſtrumentum copiamque facturas; quamquam vereor, ne tamquam ſorex, ut *Terentianus* ille, indicio meo peream, qui poteram exemplarium fidem diſſimulare, ubi quid minus ſincerum prodiiſſet, niſi has ſimul edidiſſem; ſed ingenue omnia tranſigenda ſunt ingenue exemplarium fidem ſervavi, citra quam ex coniectura quidquam audere vix expiabile, exiſtimaverim. Profuerunt autem nobis cum multi alii ſpectatiſſimae fidei codices ex Florentinis Bibliothecis, quae diſciplinarum

omnium monumentis refertae publice patent, tum nobiliſſimi duo, *Angeli Politiani* unus, *Andreae Daxii* alter, viri utriuſque doctiſſimi & diligentiſſimi = Adieci ſingulis libris argumenta tuo impulſu, atque etiam errore, qui ingenioli mei primitias in tanti poetae fronte conſpici patiaris = pereant etiam dum tibi ſatisfecerim, cui omnia debeo, cui nihil antiquius ſit, quam litteras, litteratoſque adſidua liberalitate fovere, qui quotidie te, familiamque tuam clariſſimam celebrant, & aedes has tuas frequentant, regibus dignas, Ioanneque fratre tuo integerrimo, qui reges animo aequatis. Quoniam vero inter litteratos, & domeſticos intra parietes ingenium meum non adſpernaris, ita mihi placeo, ut ſperem, me tibi olim multo maiora, quae iamdudum parturio, largiturum. Vale.

MDXXII. Menſe Septembris.

Il Conſiglio di M. Marſilio Ficino Fiorentino contro la peſtilentia con altre coſe aggiunte appropriate alla medeſima malattia.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta il meſe di Settembre del Anno .M.D.XXII. 8. *fol.* 63. *In Biblioth.* Marucell.

MDXXII. Kal. Octobris.

Quae in toto Opere continentur.

L. Apulei Madaurenſis Metamorphoſeon, ſive de Aſino aureo Libri XI.
Floridorum Libri IIII.
De Deo Socratis Libellus.
Apologiae Libri II.

Triſmegiſti Dialogus.
De Mundo, ſive de Coſmographia Liber I.
Omnes ante noſtram impreſſionem mutilati, nunc autem ad fidem vetuſtiſſimi Codicis, diligentiſſime recogniti, & caſtigati.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini . M. D. XXII. Kalen. Octobris. 8. *fol.* 274. *Praef. fol.* 6. *In* Marucell. *&* *Feſul.*

Ornatiſſimo Viro *Philippo Strozio* Patritio Florentino *Bernardus Philomathes* Piſanus S. D.

Miſerrima omnino eſſet eorum conditio, atque fortuna, optime *Strozi*, qui aliquid in vulgus edere ſtatuunt, quod ad ſui ipſius gloriam, aliorumve utilitatem pertineat = haec ego quum diutius mecum cogitarem, haberemque apud me *L. Apuleii* Opera, nuper a me ita quidem caſtigata, ut nunc demum palam omnibus futurum ſit, quam mendoſus, quam lacer, quam denique mancus Scriptor ille pro integro olim circumferretur, etenim Apologiis, libris de Dogmate *Platonis*, de Mundo, ac Triſmegiſti Dialogo, ex veterum exemplarium fide, paullo minus dimidio accrevit; ut vereri aliquando caeperim, ne legentes opinarentur, meopte ingenio, me tot, tantaque fragmenta confixiſſe; hos, inquam, libros quum haberem, videbar equidem, & humanarum rerum ſtudioſis, & ipſi auctori non levem iniuriam facere, ſi apud me ultra relegati iacerent. Tradidi igitur illos cuſoribus, ſtatuique tibi nuncupare = qui puri Romani ſermonis obſervantiſſimus, diurna, nocturnaque manu verſes *Ciceronem* noſtrum, *Pliniumque* tuum. Illum dixi noſtrum, hoc eſt utrique communem, quoniam tu, quae tua eſt co-

mitas, ad praeclari illius auctoris ſtudium me conſortem tibi adſciſcere dignatus es; hunc autem iure tuum adpellavi, quem tu tanto labore & diligentia ab innumerabilibus mendis quotidie vindicas. Sed quum nullum librum plane inutilem eſſe, ipſo eodem *Plinio* admonente intelligerem, exiſtimavi, nullo pacto ingratum fore munus hoc noſtrum = Valeas, vir optime.

Tum ſequitur eiuſdem Bernardi Philomathes *Piſani Epiſtola Studioſis ſuis, in qua rationem reddit de ſumma ab eo adhibita diligentia in recenſendo, corrigendo, & ſupplendo ad fidem veterum Codicum* Apuleio. *Incipit*: Statueram a principio, ſtudioſi adoleſcentes, quum caſtigandi auctoris huius provinciam ſuſcepiſſem, nihil ex his, quae aut reſtituiſſem, aut immutaſſem omittere, quin, quo conſilio, quave ratione id feciſſem legentes commonefacerem = Vos autem illud ſcire volumus, nos = ſummo ſtudio dediſſe operam, ut videremus, quas complures bene litterati viri, alius collectaneis, alius adnotationibus, alius ſcholiis ſuis, in Apuleium caſtigationes interſeruerint. Quibus accurate perpenſis, non pauca quidem, ſubſcribente etiam Codicum fide, recepimus; in quibuſdam autem ipſa eadem refragante, quoniam idoneo ſenſu, & intellectu minime carere videbantur, pluris nobis fuit antiquae lectionis veritas, quam perſpicax eorum ingenium. Ex illis Prooemium eſt in libros Metamorphoſeon, quod ab Epigrammate incipere nonnulli aſſeverant. Quod ut probabilius facerent, immutarunt ſingulis verſiculis dictiones; nam pro fabulas, fabellas; pro aureſque tuas, atque aures tuas repoſuere, atque alia adiecerunt, quae contra omnium veterum exemplarium fidem ſunt commenti = multoque

poſthac deterius de Apuleio nos ſtatuiſſe, legentes ſibi perſuadere poterant, ſi ſolventes adhuc in ipſo portu impegiſſemus. At neque praetereundum, librum, cui de Philoſophia nomen erat, falſo hoc titulo inſcriptum fuiſſe, atque divulſum a reliquo corpore, membrum hucuſque iacuiſſe. Eſt enim, ſive fragmentum, ſive liber alter de Platonica Iſagoge, quod nos ex vetuſtiſſimo e Septimiana Bibliotheca Codice comperimus, quum nulla interiecta diſtinctionis nota, priori libro eum videremus adnexúm &c.

MDXXII. Octobr. x.

Hiſtoria d'Herodiano dello Imperio dopo Marco tradotta in lingua Toſcana, & con diligentia ſtampata.

Impreſſo in Fiorenza per li heredi di Philippo di Giunta nell'anno del Signore M. D. XXII. a dì x. Ottobre 8. *fol.* 110. *Proleg. fol.* 3. *In* Magliab.

Antonio Francino a *Zenobi Bartolini* Patrizio Fiorentino.

Debbonſi, umaniſſimo *Zanobi*, ſecondo l'opinione di molti uomini, non di piccola autorità, leggiere, non ſolo in greco, & in latino, ma eziandio in qualunche altra lingua quelli autori, li quali arrechino all'animo di chi legge, & delettazione, & utilità = Dato adunque opera che diligentemente ſi ſtampi, lo abbiamo dedicato al nome voſtro = perchè abbiamo inteſo più volte da Meſſer *Giovanpietro Machiavelli*, uomo certamente per molte ſue parti degno di gran laude, & molto affezzionato alla caſa voſtra, voi dilettarvi di leggere ſimili autori &c. Valete.

MDXXII. VI. Kal. Novembris.

M. Vitruvii de Architectura Libri decem nuper maxima diligentia caſtigati atque excuſi, additis Iulii Frontini de Aquaeductibus Libris, propter materiae affinitatem.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini. M. D. XXII. Sexto Kal. Novembris. 8. Vitruvius *fol. habet* 192. Frontinus 24. *In* Magliab.

Iuliano Medicae Io. Iucundus. S. P. D.

Virtutes tam liberales, quam mechanicae tanto magis proficiunt, perficiunturque, quanto apud eos tractantur, qui illarum delectationibus detinentur, & indefeſſo, ſolertive ſtudio eas perſequuntur, ut de te audio, *Iuliane Medices*, vir optime & earum ſtudioſiſſime, cuius fama circumfertur, quod nihil a patre & proavis tuis, excellenti ingenio, & maximis virtutibus praeditis degeneras. Etenim, cui nota non eſt clariſſima *Medicorum* familia, quae tam multis, tamque claris principibus viris per ſuas quibuſque aetates ſplendidiſſima fuit! Ut per te, atque fratrem tuum, quamvis variis & adverſis iuniori aetate rerum caſibus exagitatos, ſplendorem ſuum non minuerit, ſed mirabili Dei dignatione in tantum auctus ſit, ut etiam fratrem tuum, natu quidem maiorem, quadrageſimumque nec dum aetatis annum attingentem, Chriſtianae Religioni noſtrae Summum Pontificem dederit = qui quum de te, ut dixi, multa audiſſem viro digna, ſummiſque laudibus vulgata, non dubitavi tibi de *Vitruvii* ſtudiis atque ſcriptis nonnullorum laborum meorum monumen-

ta dicare, quae quum ſecundae impreſſioni ſub meo nomine ſubiicienda intelligerem, non putavi negligenter praetereundum, quin ea reviſerem, meliuſculaque facerem & tuorum ſtudiorum theſauris adderem, quando is, cui primae impreſſionis eius dicatura, quae tibi, Dei nutu, ſervata videtur, demandata fuerat, prius e vita deceſſerit, quam opus ipſum abſolutum viderit. = Quamobrem, mi Iuliane, ut ſenex & licentioſior, dictorum nec non inſolentius etiam dicendorum veniam peto; nam quamvis mihi perſuadeam te ipſum magnae virtutis, & maioris eſſe animi virum, quoniam tamen virtutum vires laudibus creſcere ſoleant, & ab eo ardentius complecti, quem ipſae complectuntur, te reverenter moneo, quod tanti Pontificis Frater quum ſis, & Florentinae Reipu. facile primarius, ita te cum omnibus geras, ut noſtri saeculi delitiae tenearis = Felix eſto, & bene valeas, vetuli tui Iocundi memor.

MDXXII. VI. Kal. Novembris.

Σοφοκλέους τραγῳδίαι ἕπτα μετὰ σχολίων παλαιῶν καὶ πάνυ ὠφελίμων.

Sophoclis Tragoediae ſeptem cum interpretationibus vetuſtis, & valde utilibus.

Τὰ τῶν τραγῳδιῶν ὀνόματα.

Tragoediarum nomina.

Αἴας μαστιγοφόρος.	Aiax flagellifer.
Ἠλέκτρα.	Electra.
Οἰδίπους τύραννος.	Oedipus tyrannus.
Ἀντιγόνη.	Antigone.
Οἰδίπους καὶ Κολωνῷ.	Oedipus Coloneus.

Τραχίναι.	Trachiniae.
Φιλοκτήτης.	Philoctetes.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXII. Sexto kal. Novembris 4. *fol.* 194. *Praef. fol.* 4. *In* Marucell.

Antonius Francinus Varchienſis Ioanni Baptiſtae Egnatio Veneto. S.

Sedebamus ſuperioribus diebus, *Egnati* ornatiſſime, in cellula quadam noſtra *Mercurio*, *Minervaeque* dicata, tamquam in hemicyclio, ego, multique alii, viri profecto eruditiſſimi, quorum acri iudicio in caſtigandis tum Graecis, tum Latinis auctoribus, quos chalcographis noſtris ſuppeditamus, frequenter utimur, ſimul conferentes vetuſta exemplaria, & ea optima, novaque ideſt nuper excuſa, quotquot habere potuimus, *Sophoclis* ſeptem, quae exſtant Tragoediarum, Poetae quidem, quod non ignoras, qui primus apud Graecos Tragoediam illuſtravit, ut labore noſtro, noſtraque induſtria ad manus hominum quam optimae pervenirent, in quibus conferendis multa caſtigavimus, praeſertim his tribus, quae primae excuduntur. Operi ergo ultimam manum impoſueram, quum ſtatim aſſurgens, tamquam e cellula diſceſſurus, caepi humanitatis ſtudia, omnibus qui aderant laudare, laudabam autem in primis illos, qui graecarum litterarum ſtudia ſectantur; fuerunt namque Graeci omnium doctrinarum auctores, & licet multa ſint a Latinis latinitate donata, tamen non poſſunt ea ſatis intelligi ſine earum cognitione. Habemus praeterea ab illis, ut in Grammaticis didicimus, & quotidie re ipſa experimur, multas voces, quarum certam ſignifica-

tionem non facile quis intelligat. Quum haec dixiſſem, ſtatim quidam ex his qui aderant (omiſerat enim paullo ante haec ſtudia, ſeque ad iuris civilis ſcientiam, ſi vere ſcientia appellari poteſt, contulerat) commoto ſimilis, inquit. Inutilia certe iſta ſunt &c. = Diſceſſimus e cellula omnes, reliquumve diſputationis in alium diem diſtulimus. Ego vero haec ad te ſcripſi, *Sophocliſque* Tragoedias a nobis caſtigatas, una cum gloſſematis, quia id nobis aptius viſum eſt, quam ſeparatim, quod alii ante nos fecerunt excudere, additis inſuper quamplurimis ex vetuſtiſſimis excerptis Codicibus, quae magno adiumento futura ſunt, hunc Poetam intelligere volentibus, nomini tuo dicavimus, tum ut ad me, quid de humanitatis ſtudiis ſentias, reſcribas, es namque iuris utriuſque peritus, humaniores iſtic litteras feliciſſime & graece, & latine profiteris, & medicinam es aliquando auſpicatus, quod tua in Dioſcoridem elegantiſſima, utiliaque adnotamenta teſtantur; tum ut hinc primum cognoſcas, amicitiam noſtram profundiores multo quam fortaſſe opinaris radices habere. Vale Venetiarum decus, longumque nobis & ceteris amicis vive.

MDXXII.

Iſtoria delle guerre eſterne de' Romani di Appiano Aleſſandrino tradotta da Aleſſandro Braccio.

Fiorenza per i Giunti M. D. XXII. 8. *Catal. Bibliot.* Pinell. *Tom. IV. pag.* 138.

MDXXII.

Hieronymi Anigeriani de miſeria Principum Opuſculum.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXII. 8. *fol.* 16. *Apud Ornatiſſ. March.* Caeſarem Luccheſinium *Lucae*.

Nicolaus Angelius Bucinenſis Florentinus Civis *Hieronymo Angeriano*. S,

Statueram poſthac utique ſilere, nec ſtyli fortunam ſubire amplius, quum ſingula de nobis in dies magis euntes annos praedari, & animum ſimul cum corpore conſenuiſſe intelligerem, ne character iam ipſe orationis caniciem, & exhauſtam vim in ſui contemptum cuique ſaperet. Mutavit ſilentii conſilium, *Angeriane* doctiſſime, officium congratulandi tibi nova quadam invehendi in glorioſam Principum ſtultitiam, poematis virtute, in quo equidem ſum non modo admiratus plurimos, qui paſſim fulgent orationis nitores, linguae Romanae candorem, crebra ſententiarum ornamenta, acre ac vehemens ſcribendi genus, ſed quod perſonatas ipſorum felicitates, ac ſuperba ſervitia appoſite, accurateque detegis, ut qui ipſorum fuerint probi, huiuſce Opuſculi lectione futuri videantur multo meliores; qui vero improbi, ubi aliquando ad ſanitatem redierint = ac ſeſe agnoverint, miſeriam ſuam pertaeſi, vitam probam, aut non tam improbam impoſterum degant = Vale.

MDXXIII. Idibus Februarii,

Pedacii Dioſcoridae Anazarbei de Medica materia libri ſex a Marcello Virgilio Secretario Florentino latinitate donati, cum eiuſdem commentationibus, nuper quam diligentiſſime ex ſecunda Interpretis recognitione excuſi.

Accedit inſuper in Dioſcoridem index latine graeceque excuſus, alius praeterea in Commentationes quam copioſiſſimus eorum, quae tum graece, tum latine notatu digna viſa ſunt.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Florentini. Anno ab Incarnatione Domini MDXXIII. Idibus Februarii. *fol. Conſtat fol.* 352. *non computatis fol.* 10. *in principio, in quibus habetur Monitum ad Legentes, Index, & Interpretis Dedicatio ad* Leonem *X. In* Magliab.

MDXXIII. Menſe Martio.

Contro alla Peſte.

Il Conſiglio di Meſſer Marſilio Ficino.
Il Conſiglio di Meſſer Tommaſo del Garbo.
Una Ricetta d' una polvere compoſta da Maeſtro Mingo da Faenza.
Una Ricetta fatta nello ſtudio di Bolognia & molti altri remedi.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta. Il meſe di Marzo dell' anno M.D.XXIII. 8. *fol.* 60. *In* Marucell. *Nulla praemittitur Praefatio.*

MDXXIII.

Trattato di vera & falſa Penitentia compoſto da Sancto Auguſtino in la x. Parte de le Opere ſue, & dal Reveren. Veſcovo di Piſtoia in volgar tradocto.

In Firenze per gli heredi di Philippo di Giunta MDXXIII. 8. *fol.* 36. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. I. C.

MDXXIV. Menſe Ianuarii.

Fiammetta del Boccaccio.

Stampato in Fiorenza per li heredi di Philippo di Giunta l'anno del Signore. M. D. XXIIII. del meſe di Gennaio, Clemente ſettimo Pontefice Max. 8. *fol.* 110. *In* Marucell.

Bernardo Giunta a *Coſimo Rucellai* Patrizio Fiorentino S.

Io vorrei, che elli mi foſſe poſſibile &c. *Eadem Epiſtola quae eſt in praecedenti editione An.* MDXVII. *menſe Aprilis.*

MDXXIV. XV. Aprilis.

Monte delle Oratione. (1)

Finito el Monte dell'Orationi con un tractato dei quattro gradi ſpirituali compoſto per Sancto Auguſtino.

Impreſſo in Fiorenza a petitione dell'herede di Filippo di Giunta. A dì XV. d'Aprile MDXXIIII. 4. *fol.* 44. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. I. C. *In principio Tabula occurrit in ligno inciſa, in qua mons repraeſentatur, in cuius cacumine Deus Pater, brachiis extenſis exhibetur, ad quem plures homines accedere conantur.*

MDXXIV.

(1) *Poſt ſacrum Orationis montem, in Capita* XVIII. *diſtributum ſequitur praevio Interpretis Prologo;* Tractato di Sancto *Auguſtino*, il quale ſi chiama Scala Celi.

MDXXIV. Menſe Decembris.

Chriſtophori Longolii Orationes duae pro defenſione ſua in crimen laeſae maieſtatis, longe exactiori, quam ante iudicio perſcriptae, ac nunc primum ex ipſius auctoris ſententia in lucem editae.
Oratio una ad Luterianos.
Eiuſdem Epiſtolarum Libri quatuor.
Epiſtolarum Bembi & Sadoleti Liber unus.
Longolii Vita perdocte quidem atque eleganter ab ipſius amiciſſimo quondam exarata.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M. D. XXIIII. Menſe Decembris. Clemente VII. Pont. Max. 4. *fol.* 163. *In Feſul.*

Bernardus Iunta ad Lectorem.

In omnibus fere rebus &c.

MDXXIV.

De falſa diluvii prognoſticatione, quae ex conventu omnium Planetarum, qui in piſcibus continget anno MDXXIV. divulgata eſt Libri III. ad Carolum V. Imp.

Florentiae per heredes *Philippi Iuntae* MDXXIV. *Vid.* Barptol. Chioccarelli *de illuſtr. Scriptoribus Neap. Neapoli per* Vinc. Vrſinum 1780. 4. *pag.* 76. *qui hanc editionem, quam numquam vidi, adlegat.*

MDXXV. Menſe Februarii.

Α'ριςοφάνους Κωμῳδίαι ἐννέα μετὰ σχολίων πολλῶν παλαιῶν, καὶ πάνυ ὠφελίμων πρὸς τοῖς πρότερον ἐντετυπωμένων, σὺν πίνακι ἀφθονοτάτῳ, τῶν ἁπάντων εἰς ἃ δεῖ τὸν νοῦν προσέχειν.

Ariſtophanis Comoediae novem, cum Commentariis antiquis & valde utilibus ad ea, quae prius excuſa fuerunt additis, indiceque copioſiſſimo omnium quae animadvertere oportet.

Πλοῦτος.	Plutus.
Νεφέλαι.	Nebulae.
Βάτραχοι.	Ranae.
Ἱππεῖς.	Equites.
Ἀχαρνεῖς.	Acharnes.
Σφῆκες.	Veſpae.
Ὄρνιθες.	Aves.
Εἰρήνη.	Pax.
Ἐκκλησιάζουσαι.	Concionantes.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno ſalutis. M.D.XXV. menſe Februario Cle. VII. Pontifice Maximo. 4. *maiori fol.* 373. *Prolegomena fol. implent* 32. *In Biblioth.* Riccard. *& in Feſul.*

Benedicto Accoltae Archiepiſcopo Ravennati, ac Cle. VII. Pont. Maximi a Secretis penitiſs. *Antonius Francinus Varchienſis*. S.

Fuit iampridem, Pontifex permagne, maioribus noſtris haec, & non ſpernenda conſuetudo, ut quoties quis apud aliquem Principem gratiam inire vellet, is illi muneri adportaret ex rebus ſuis, vel quas chariſſimas, & in delitiis haberet, vel quibus illum plurimum oblectari intelligeret.

= Horum nos exemplum imitati = ad recognitionem Romanae, Graecaeque linguae Scriptorum, curam omnium pulcherrimam, animum, operamque convertimus. = Inter alia recognovimus *Ariſtophanis* = novem comoedias = ad hoc *Arſenii* Cretenſis, Archiepiſcopi Monembaſiae magna eruditione viri, acerrimo iudicio uſi, dum ipſe Florentiae adoleſcentulos illos, quos Leo Pont. Max. ad reparandam graecae linguae iacturam ex media Graecia accerſiverat, inſtituit. In qua quidem recognitione hoc in primis gloriari licet, nos omnium primos in comoedia, cui titulus eſt εἰρήνη, ad ſexaginta verſiculos noſtra diligentia repertos reſtituiſſe. Has Comoedias nunc primum diligentiſſime excuſas, Commentariis auctas, atque Indice copioſiſſimo exornatas, tuo illuſtri nomini, Pontifex permagne, dicare cogitantes, *Petrus Gerius*, eximia probitate vir, tibi, & univerſae Familiae tuae deditiſſimus, nobis vero arctiſſima adfinitate coniunctus, eſt adhortatus, cum eorum more, qui aliorum ſcripta, ut paullo ante dicebamus a ſe priſtino candori reſtituta ſummis Regibus dedicarunt, ut initam apud te iamdudum gratiam, dum adhuc adoleſcentulus Florentiae acri ſtudio bonis diſciplinis operam dabas, renovaremus, renovatamque confirmaremus; tum quia patrocinii quodam iure, tibi tamquam Muſarum altori, debentur litteratorum vigiliae. Omitto hoc loco iudicii tui gravitatem, ingenii magnitudinem, egregiam Romanae, Graecaeque linguae eruditionem, fidem ſummam, humanitatem ſingularem, quibus ad promerendam hominum gratiam adſidue uteris, adeo ut non immerito *Cle.* Pont. Max. acerrimus ingeniorum perſcrutator te ex omnibus unum elegerit, cui duarum, Dioeceſium, Ravennae ſcilicet, ac

Cremonae, curam demandaret; & quem, quod omnes admiramur, ad maiora namque procul dubio vocaris, penitiſ. arcanis admitteret; nam graviori praeconio, quam hoc breviſſimo titulo virtutum tuarum laudes celebrandas putamus = Vale ac longum vive tuis felix, clarus poſteritati victurus. *Poſt Indicem Graecum copioſiſſimum dictionum, quae ſunt animadverſione dignae foliis* 22. *comprehenſum, & nonnullorum errorum correctiones, quae in ipſius calce ſubiunguntur, ſequuntur Prolegomena ſatis ampla, quorum tituli ſunt iſti.*

Ἐκ τοῦ Ἐγχειριδίου Ἡφαιςίωνος ἐπιτομὴ τῶν ἐννέα μέτρων.

Δημητρίου τοῦ Τρικλινίου.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ σημείων τῆς κοινῆς συλλαβῆς τῶν ἐντὸς κειμένων τῆς βίβλου.

Ἐκ τῶν Πλατωνίου περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων.

Περὶ κωμῳδίας.

Τῶν τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητῶν ὀνόματα καὶ δράματα.

Αριςοφάνους βίος.

Περὶ κωμῳδίας.

Α̉λλος περὶ κωμῳδίας.

Θωμᾶ τοῦ μαγίςρου σύνοψις τοῦ τε βίου Ἀριςοφάνους καὶ τῆς τȣ͂ δράματος ὑποθέσεως.

His ſuccedunt argumenta varia primae Ariſtophanis Comoediae, quae eſt Πλοῦτος.

Claudunt haec omnia duo Epigrammata. Primum Anonymi Εἰς Ἀριςοφάνη. *Alterum* Σεβαςιάνου τοῦ Δουκκίου *in laudem huius editionis.*

MDXXV. Menſe Aprili.

Cla. Ptolemaei inerrantium Stellarum ſignificationes per Nicolaum Leonicum e Graeco translatae.
XII. Romanorum menſes in veteribus monimentis Romae reperti.
Sex priorum menſium digeſtio ex ſex Ovidii Faſtorum Libris excerpta.
P. Ovidii Naſonis Faſtorum Libri VI.
Triſtium Libri V.
De Ponto Libri IIII.
In Ibin.
Ad Liviam.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini M. D. XXV. Clemente Pontifice Maximo, menſe Aprili. 8. *fol.* 228. *Prolegomena fol. quae adnotantur in calce* 20. *In Feſul. Nulla praeit Epiſtola Nuncupatoria.*

MDXXV.

Trogi Pompei externae hiſtoriae in compendium ab Iuſtino redactae.
Externorum Imperatorum Vitae Aemilio Probo auctore.
P. Vellei Paterculi hiſtoriae Ro. duo Volumina nuper reperta, diligentiſſimeque excuſa cum Indice omnium, quae digna ſunt notatu copioſiſſimo.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno Domini. M. D. XXV. 8. *fol.* 268. *Praefatio & Index fol.* 16. *In* Magliab.

Studioſis.

Mirati fortaſſe fueritis, adoleſcentes, nos, qui ſingulis menſibus aliquid, quod ad veſtram utilitatem pertineret, edere ſolebamus, tam diuturno ſilentio detentos fuiſſe; = non enim nos accuſandi ſumus, verum tempora ipſa, in quae incidimus damnanda. Et quis nam poſſet, inter has totius orbis, ne dicam Italiae perturbationes, non ſolum edere, ſed ne cogitare quidem ea, quae ad rem litterariam pertineant? Attamen, licet tot fluctibus procelliſque iactati, nonnullos auctores, more noſtro, collatis ſimul plurimis, & illis antiquiſſimis exemplaribus, caſtigavimus, qui deinceps ſunt in lucem venturi, inter quos Iuſtini, = *τὴν ἐπιτομὴν* emendavimus = in qua emendanda quanta uſi ſimus diligentia, quotque ad veram lectionem reſtituerimus loca, facile cognoſcetis *Iuſtinum* hunc noſtrum = cum aliis, qui alibi excuſi fuerunt, comparantes = Addidimus huic = Imperatorum externorum vitas, breviter ac dilucide ab *Aemylio Probo* ſcriptas, ac *P. Velleii Paterculi* hiſtoriae Ro. duo volumina ad M. *Vinicium* Proconſ. *Tib. Caeſaris* progenerum, = nuper in Germania repertam, mutilatam illam quidem; at non adeo, ut non poſſit quiſque ex hac verum ſenſum elicere. &c.

Librum claudit Epiſtola inſcripta: Beatus Rhenanus Lectori S. D. Data Baſileae Decimoſeptimo Calend. Decembreis Anno M. D. XX. *De hac editione haec habet* Crevenna *Catal. Tom. V. pag.* 45. Cette édition de *Iuſtin* a étè faite ſur l'*Aldine*, que nous venons d'annoncer. *Graevius* en faiſoit grand cas. *Pag. autem* 137. *ſubiungit: Maittaire*, & *Fabricius* n'ont pas connu cette édition. M. *Bur-*

man n'en a pas fait mention non plus dans ſa Préface a ſon édition de cet auteur. Cette édition de 1525 n'eſt qu'une reimpreſſion de la premiere de 1520.

MDXXV.

Laberinto d' Amore di M. Giovanni Boccaccio con una Epiſtola a Meſſer Pino de' Roſſi confortatoria del medeſimo Autore.

Impreſſo in Firenze nell' anno del Signore M. D. XXV. 8. *fol.* 72. *In* Marucell. *Praecurrit Epiſtola*: *Bernardo* di *Giunta* agli amatori della lingua Toſcana S. Quantunque volte &c. *ut ſupra in editione An.* M. D. XVI.

MDXXV.

Habes hoc volumine, Candide lector.

Priſciani Caeſarienſis Grammaticorum omnium longe principis.
De octo partibus Orationis Libros XVI.
De Conſtructione earumdem partium Libros II.
De accentibus opuſculum.
De ponderibus & menſuris Opuſculum, & poema elegantiſſimum.
De praeexercitamentis Rhetorices praecepta ex Aphthonio translata.
De verſibus Comicis Librum.
Rufini de metris Comicis, & numeris Oratoriis Commentarium perutile.
Haec omnia primum acri iudicio Nicolai Bucinenſis caſtigata, mox ab Antonio Francino Varchienſi iterum recognita, cum reſtitutione locis ſuis Graecarum dictionum, quae antehac num-

quam excuſae fuerunt, nunc primum in lucem edita, addito inſuper eorum, quae digna notatu viſa ſunt, indice copioſo.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae, Anno a Nativitate Domini M. D. XXV. Clemente VII. Pontifice Maximo. 4. *fol.* 320. *Epiſtola nuncupatoria & Index fol.* 12. *In* Marucell.

Hippolyto Medici Florentinae iuventutis ornamento clariſſimo *Nicolaus Angelius* S. P. D.

Recognoveram dudum, *Hippolyte* illuſtris, eruditiſſimas *Priſciani* Caeſarienſis Grammatices praeceptiones, quae plurimis iam mendis ſqualluerant, ſuaſu, ac *Bernardi Iuntae* ſollerti diligentia chalcographi, impulſu. Has ille modo caſtigationes, acri cura & induſtria, *Antonii Varchienſis*, diſcipuli olim noſtri, chalcographiae praefecti, viri quidem utriuſque linguae eruditione non ignobilis, imprimendas curavit = Eas tam accuratae recognitionis lucubrationes tuo illuſtri nomini, non abs re dicatas volumus; is enim quum ſis, qui Gymnaſii Florentini praefectura, nobiliſſimo bonorum patrocinio, ac clara, de more avorum, in eruditiſſimum quemque benignitate, iuventutem noſtram, ad ſtudia litterarum voces, accendas, foveas, merito etiam per te diſciplinarum fores pateant purgatiores, nitidioreſque, & aditum ingredi cupientibus praebeant faciliorem. = Vale, publicae ſalutis ſpes ingens, & decus.

Sequitur Index omnium, quae digna notatu viſa ſunt, quo abſoluto, haec alia ſubiicitur Epiſtola.

Antonius Francinus Varchienſis Studioſis S.

Nicolaus Angelius Bucinenſis, vir undecumque doctiſſimus has Priſciani = praeceptiones, librariorum, excuſorumque incuria laceras, mancas, & adeo perturbatas, ut vix *Priſcianus* ipſe, ſi reviviſcat, ſuas eſſe agnoverit, iamdudum caſtigavit, idque *Bernardi Iuntae* ſuaſu, & adhortatione; atque in his caſtigandis graeca omnia, quod ipſe etiam ingenue fateatur, & nonnulla latina omiſit, = exemplariorum, ut puto, penuria. Id quum animadvertiſſet *Iunta* noſter, ut qui Reipublicae Litterariae ſemper maximam curam geſſerit, paratis quotquot habere potuit exemplaribus, tum hactenus excuſis, tum etiam vetuſtis, nobis nolentibus quidem, has eaſdem dedit recognoſcendas. Nos ergo, collatis more noſtro in unum his exemplaribus, perlectiſque multis & graecis & latinis Auctoribus, quorum teſtimonio *Priſcianus* utitur ad praecepta ſua comprobanda in libris de octo partibus orationis, quamplurima, ne dicam omnia, tum graeca, tum latina in priſtinam integritatem reſtituimus; libros vero de Conſtructione, quos librarii fere omnes, omneſque excuſores, neſcio qua coniectura, vel potius errore, *Priſciani* cuiuſdam minoris eſſe voluerunt, adeo inverſos, typiſque tam foede excuſos, ut a barbaris haud facile quis dignoſcat, & ob id nullus antehac legere ſit auſus, quia ſenſus inde nullus eliceretur, ad eam formam redegimus, ut facile omnes bonarum litterarum ſtudioſi tam graecarum, quam latinarum, quum in his uſus latinus elegantiſſime graeco collatus ſit, hinc maximam utilitatem percipere poſſint. Nolumus hoc loco ſingillatim enarrare, quae, & quot caſtiga-

vimus in Commentario ſuper XII. *Virgilii* verſus; in libro, qui de Praeexercitamentis Rhetorices inſcribitur, ex *Aphthonio* excerpto; praeterea in duobus Commentariis, altero *Priſciani*, altero vero *Rufini* de metris Comicis, & numeris Oratoriis; ne in his enarrandis longiores videamur = maiora, & meliora a nobis brevi expectate. Valete.

Rurſus prodiit Priſcianus *Florentiae apud heredes* Bernardi Iuntae *Anno a Nativitate Domini*. M. D. LIIII. *Iulio* III. *Pont. Max.* 4. *fol.* 320.

MDXXVI. Menſe Februarii

Pomponius Mela.
Iulius Solinus.
Itinerarium Antonini Aug.
Vibius Sequeſter.
P. Victor de regionibus Vrbis Romae.
Dionyſius Afer de ſitu Orbis Priſciano interprete, iterum caſtigatus, & cum graeco exemplari conlatus.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno. D. XXVI. a Chriſtiana ſalute ſupra mille, menſe Februario, Clemente VII. Maximo Pontifice. 8. *fol.* 225. *In Feſul. Epiſtola nuncupatoria* Antonii Francini Varchienſis *eadem eſt*, *atque illa*, *quae adfertur in editione Anni* MDXIX. Petro Victorio, Iacobi *filio Patritio Florentino inſcripta*.

MDXXVI. Menſe Febr.

Sancti Baſilii de liberalibus ſtudiis, & ingenuis moribus Liber, per Leonardum Ar. (*lege* Aretinum) ex graeco in latinum converſus.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae Anno a Nativitate D. XXVI. ſupra mille, menſe Februa. Clemente VII. Pont. 8. *fol* 12. *In Feſul.*

MDXXVI. Menſe Aprilis.

ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ˜Σ ΒΙΒΛΙ'Α Δ'.
Περὶ μηνῶν ἐκ τοῦ αὐτοῦ.
Γεωργίου Λεκαπηνοῦ περὶ συντάξεως ῥημάτων.
Ε'μμανουὴλ Μοσχοπόυλου περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων καί ῥημάτων συντάξεως.
Τοῦ αὐτοῦ περὶ προσῳδιῶν.
Η'φαιςίωνος ἐγχειρίδιον.

Theodori Grammatices Libri IIII.
De menſibus Liber eiuſdem.
Georgii Lecape de conſtructione verborum.
Emmanuelis Moſcopuli de conſtructione nominum & verborum.
Eiuſdem de accentibus.
Hephaeſtioni Enchiridion. (1).

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domi. M. D. XXVI. Cle. Sept. Ponti. Maximo. 8. *fol.* 284. *In Biblioth. clariſs. March.* Caeſ. Luccheſinii, *a quo deſcriptionem acceptam referimus.*

Antonius Francinus Varchienſis Lectori S.

Cautum eſt quadam naturae lege, candide lector, ut homo homini in omnibus, quoad fieri poteſt, prodeſſe ſtudeat. Nos ergo naturali hoc

---

(1) *Hunc libellum ſeparatim editum innuere videtur* Arvood *loc: cit.* pag. 93.

impulſu omnibus prodeſſe ſemper noſtra induſtria ſtuduimus, caſtigavimuſque multos & graecos & latinos auctores caſtigatoſque excudendos curavimus. Norunt iam fere omnes = nos ſuperioribus diebus *Priſciani* = Grammatices praeceptiones, quae plurimis iam mendis ſqualluerant noſtris lucubrationibus caſtigatas in vulgus prodiiſſe, (*ſic*) nunc vero *Theodori Gazae* viri praeſtantiſſimi libri quattuor Grammatices, & de Menſibus unus, *Georgii Lecapeni* de Conſtructione verborum Opuſculum, *Emmanuelis Moſcopuli* libri duo, alter de verborum, nominumque conſtructione, de accentibus alter, *Hephaeſtionis* aureum profecto Opus de omnium metrorum ratione, noſtra opera in lucem prodeunt = Vale.

In fine autem Enchiridii Hephaeſtionis *reperitur eadem Epigraphe, addito tantum menſe Aprili. Habemus autem in Bibliotheca* Marucelliana *huius collectionis exemplar cum notis Mſs.* Antonii Mariae Salvini *viri cl. ſed deſunt in eo Prolegomena; & integri libri* IV. Theodori Gazae *Grammatices. Incipit a ſignatura* S. 4. *ſcilicet a libro* Gazae *de Menſibus, & numerantur uſque ad finem* Moſcopuli *pag.* 93. Hephaeſtionis *Enchiridion, quod ſeparatim excuſum videtur, occupat fol.* 52.

MDXXVI. Menſe Maio.

M. T. C. Epiſtolae familiares accuratiſſime recognitae.
Index etiam ad reperiendum quota nam charta habeantur ſingulae Epiſtolae.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini, M. D. XXVI. Menſe Maio, Clemente Ponti-

ſice Maximo. 8. *fol.* 256. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. I. C.

Bernardus Iunta . . . .
Accolto . . . .
S. D. P.

Poſſent nonnulli, Clariſſime *Accolte*, arrogantiae me accuſare, quod qui nedum ſummis labiis litteras attigerim, libros meo titulo excuſos, edere auſim; = noſcent = eos acri litteratorum iudicio recognitos, noſtro tantum nomine in hominum manus perveniſſe. Supererant autem *Ciceronis* Familiares Epiſtolae, cuius beneficio, quantum homines proficiant, tu ipſe qui Ciceronianum fontem ſaepe guſtaſti, cognoſcere potes = has ut noſtris typis excuſae quam emendatiſſime prodirent, diligentiſſime caſtigandas curavimus, tibique, ornatiſſime *Accolte*, nuncupare = *Antonius Varchienſis*, cuius opera corrigendis noſtris libris frequentiſſime utimur, volenti mihi perſuaſit, propter tuum ſummum ingenium, ſuaviſſimos mores, ſingularem probitatem, ac in diſciplinas omnes amorem, ut habeas enchiridion, quo ſaepiſſime utaris, tuumque *Ciceronem* agnoſcas = Vale, & me in amicorum numero habere non dedigneris.

MDXXVI Menſe Auguſti VI.

Hoc Volumine continentur M. T. Ciceronis de Oratore ad Q. Fratrem Lib. III.
De claris Oratoribus, qui inſcribitur Brutus Lib. I.
Orator ad Brutum Lib I.
Oratoriae partitiones Lib. I.
De optimo genere Oratorum Praefatio quaedam.
Haec omnia nuper excuſa & ſedulo impreſſa cum Indice omnium, quae ſunt notatu digna ex officina Philippi Iuntae.

Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini M . D . XXVI. Menſis Auguſti die VI. Clemente Pontifice Maxi. 8. *fol.* 249. *non computata Epiſtola nuncupatoria, & rerum notabilium tabula, fol.* 10. *In Feſul.*

Lucas Robia Laurentio Signio &c. Eadem *eſt Epiſtola nuncupatoria, quae occurrit in praecedenti editione An.* MDXIV. *Menſe Octobr.*

MDXXVI. Menſe Septembris.

Libro della prima Guerra delli Cartagineſi con li Romani compoſto da Miſſer Leonardo Aretino, fatto vulgare da uno ſuo amico, & nuovamente ſtampato.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nel anno del Signore M. D. XXVI. di Settembre. 8. *fol.* 68. *Apud March.* Caeſarem Luccheſinium *politioris litteraturae amantiſſimum.*

Praecurrit: Proemio de Miſſer *Leonardo Aretino* ſopra il libro primo de bello Punico compoſto dallui, & poi translatato in volgare da un ſuo amico.

MDXXVI. Menſe Septembris.

Libro della guerra de Ghotti compoſto da Meſſer Leonardo Aretino in lingua latina, & facto vulgare da Lodovico Petroni Cavalier Seneſe, nuovamente ſtampato.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nel' anno del Signore M. D. XXVI. di Settembre. Clemente VII. Pontefice Max. 8. *fol.* 87. *In Feſul.*

Praecurrunt duae Praefationes. Prima Ludovici Petronii: allo Illuſtriſſimo Principe Conte *Galeaz-*

zo *Sforza*, primogenito di *Franceſco Sforza*, Viſconte, Duca di Milano. Data Sene XXIX. Maii MCCCCLVI. *Altera* Leonardi Arretini: Al Sereniſſimo Re *Alfonſo*. Data XVI. Octobr. MCCCCXLII. *Tum ſequitur* Proemio del Libro de Ghotti mandato per Miſſer *Leonardo Aretino* al Reverendiſſimo Padre, e Signore Miſſer *Iuliano Ceſerino* Romano digniſſimo Cardinale di Santo Agnolo, fatto vulgare per *Lodovico Petroni* Cavalier Seneſe.

MDXXVI. Octobr.

Diodoro Siculo delle antique hiſtorie fabuloſe nuovamente fatto vulgare & con diligentia ſtampato.

Impreſſo in Firenze per li heredi di Philippo di Giunta nel anno del Signore. M. D. XXVI. di Ottobre 8. *fol.* 120. *In* Marucell.

Bernardo di *Philippo* di *Giunta* alli Lettori.

Debbe, candidiſſimi Lettori, ciaſchuno uomo in qualunche ſtato conſtituto ingegnarſi, quanto per lui ſi può, giovare alli altri uomini = io con grande mia induſtria, & non piccola, fatica, già molti anni, a comune utilità, ò fatto ſtampare, buona parte delli Autori, & Greci, & Latini; & perchè non tutti poſſiamo, chi per uno impedimento, & chi per un'altro imparare altra lingua che quella, che dalla nutrice ci è ſtata inſegnata, non mi è parſo fuor di propoſito, a maggiore utilità ſtampare alcuni libri in queſta noſtra vulgar lingua, o di quelli, che in eſſa anno ſcritto, benchè pochi ſe ne trovino, o di latini fatti volgari, penſando non piacer manco,

ne a minore numero giovare, che ſtampando li Autori o Greci, o Latini; & avendo alli giorni paſſati dato fuora due leggiadre operette; una, della prima guerra delli Cartagineſi con li Romani, l'altra della guerra delli Gotti fatta in Italia, compoſta in latino da Miſſer *Leonardo Aretino*, ma fatte vulgari da ſuoi amici, mi fu meſſa innanzi la hiſtoria di *Diodoro Siculo*, con grande eleganzia & fedelmente tradotta &c. Valete.

Per conſiglio & giudicio di molte perſone letterate e giudizioſe, e maſſimamente del letteratiſſimo, giudizioſiſſimo M. *Benedetto Varchi*, non ci è paruto di mutar niente di quello che trovato avemo nella traduzione di queſto quarto Libro di *Vergilio*. Solamente ci ſemo ingegnati fra molti teſti di torre il più corretto, che potuto, e ſaputo avemo ritrovare, ricordandomi che da eſſo *Lodovico* fu compoſto nella ſua prima fanciullezza. = vivete felici, aſpettando ſempre di giorno in giorno dalle noſtre ſtampe, ſimili a queſte, Opere belle, ed eccellenti.

MDXLVIII. Octobris X.

Ragionamenti di M. Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunta MD. XLVIII. 8. *fol.* 96. *In* Magliab. All' Illuſtriſs. S. Conte d' *Averſa*, il S. D. *Gio. Vincentio Belprato Lodovico Domenichi*. *In hac Epiſtola dicit*, *ſe collegiſſe poſt mortem auctoris*, *eius ſcripta*, *ſubiungitque*: Mandovi dunque queſta poca parte, quale ella ſi è potuta raccorre con la induſtria delli amici, dalla quale, con la gran cognizione che delle buone lettere avete, potrete far congiettura, qual ſarebbe tutto il corpo della ſtatua; perciocchè queſta che ora ſi dà a vedere, non è anco una intiera delle ſei giornate che Egli à ſcritto &c. A dì 10. d' Ottobre MDXLVIII. di Fiorenza.

MDXLVIII. Novembris IV.

Proſe di M. Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Fiorenza MDXLVIII. 8. *fol.* 112. *In* Magliab. *Reticetur nomen impreſſoris; adpoſitum tamen eſt in fronte Libri, ut etiam in ſuperiori editione, Lilium inter ſpinas, emergens e ſcopulo, cum ſerpente tortuoſe per ipſum gradiente, adpoſito emblemate* NOVVS EXORIOR.

Al Molto Magnifico & nobiliſſimo Sig. *Pandolfo Pucci Lorenzo Scala. Ex ea Epiſtola haec ſunt notanda.*

Avendo laſciato il Rev. Abate M. *Agnolo Firenzuola*, pochi anni ſono prevenuto da acerba morte, alcuni ſuoi degni, e ingenioſi ſcritti, & di verſo, & di proſa, i quali privi del padre andavano diſperſi, & per quello che in loro ſi vedeva, aſſai male in arneſe, ò voluto io, che già molto lo amai = moſſo a compaſſione della memoria ſua raccorgli tutti inſieme = onde avendogli con l' officioſa umanità di *Girolamo* ſuo fratello trattogli delle tenebre = ò giudicato conveniente collocargli appreſſo perſona, la quale gli riconoſceſſe per legittimi figliuoli di M. *Agnolo* ec. A' IIII. di Novembre M. D. XLVIII. in Fiorenza.

MDXLVIII. Decembris XV.

Libro di Meſſala Corvino Oratore eccellentiſſimo & Cavalier Romano ad Ottaviano Auguſto della progenie ſua.

In Fiorenza M. D. XLIX. con privilegio. 8. *fol.* 46. *Apud Gaſparem* Chinth *Flor.*

Alla Illuſtre Signora *Vittoria Capanna.*

Eccovi, illuſtre Signora *Vittoria*, il Libro di *M. Meſſala Corvino* = da me dal fonte del Latino ne' rivoli del volgare nuovamente tradotto. = XX. di Settembre M. D. XLVIII. da Napoli.
Vincenzo Belprato.

Libellum claudit alia Epiſtola Ludovici Domenichi: Alla Illuſtre Signora Vittoria Capanna data A. XV. di Dicembre MDXLVIII. di Fiorenza.

MDXLVIII.

Il primo Libro delle Opere burleſche di Franceſco Berni, e di Giovanni della Caſa, del Varchi, del Manzo, del Bino, del Molża, del Dolce, e del Firenzuola, ricorretto, e con diligenza riſtampato.

In Firenze per Bernardo Giunti M. D. XLVIII. 8. *Ex Catal. Biblioth.* Iackſon *edito Liburni apud* Ant. Santinium 1756. 8. *pag.* 79. *titulum exſcerpſimus. Curavit hanc editionem* Ant. Franc. Grazzinius, Laſca *dictus.* Apoſtolus Zenus lettere &c. In Ve-

nezia per *Pietro Valvaſenſe* MDCCLII. 8. *Tom. I. pag.* 366. *haec habet*: Il primo libro delle Opere burleſche di M. *Franceſco Berni*, di M. *Gio.* della *Caſa*, del *Varchi* &c. In Firenze appreſſo i *Giunti* MDXLVIII. 8. Appreſſo i medeſimi *Giunti* ſe ne fecero due altre riſtampe pure in 8. una nel MDL. e l'altra nel MDLII. ma quella del XLVIII. è migliore poichè nelle altre due, ſono ſtati levati quà, e là alcuni verſi, e puntate alcune parole. *De ſecundo Volumine Carminum* Franciſci Bernii &c. *Florentiae per heredes* Bernardi Iuntae MDLV. 8. *conſulendus idem* Zeno *loc. cit.*

MDXLVIII.

Petri Victorii Commentarii in tres libros Ariſtotelis de arte dicendi. Poſitis ante ſingulas declarationes graecis verbis auctoris.

Florentiae in officina Bernardi Iuntae MDXLVIII. *fol. Conſtat fol.* 637. In *Marucell. Praecedunt* I. Praefatio ad ſtudioſos. II. Capita ante Operis declarationem animadvertenda. III. Triplex Index, alter veterum auctorum loca ab *Ariſtotele* citata, alter ſingula totius Operis argumenta, tertius graecas voces exhibet. *Prodiit iterum ex eadem Iuntarum typographia An.* MDLXXIII. *fol.*

MDXLVIII.

Pratica d'Aritmetica di Franceſco Ghaligai Fiorentino. Riviſta & riſtampata con diligentia.

In Firenze appreſſo Bernardo Giunti MDXLVIII. 4. *fol.* 114. *In Biblioth.* Caſparis Chint.

Al Reverendiſs. Monſig. *Giulio* de' *Medici*, che fu poi Papa *Clemente* VII. l'humil ſervo *Franceſco* di *Lionardo Ghaligai* S. P. D.

Conciofiache l'uomo per natura ſia animale ſociabile &c.

MDXLIX. VII. Febr.

La Trinutia Comedia di M. Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti MDXLIX. 8. *fol.* 45. *In* Magliab.

Al ſuo molto onorato M. Marco Antonio Paſſero *Lodovico Domenichi*.

L'obbligo grande che io ò con eſſo voi, gentiliſſimo M. Marc' Antonio, per li infiniti comodi & favori che voi mi avete fatto, ſenza avermi veduto giammai, è di tal maniera impreſſo nel mio core, che ivi è per ſtarſi ſempre, & per farſi ogni dì nella memoria mia più vivo & maggiore &c. A VII. di Febraio. MDXLIX. di Fiorenza. *Tam in principio, quam in fine novum* Iuntarum *emblema adpoſitum eſt*.

MDXLIX. Februarii XXVI.

I Lucidi Comedia di Meſſer Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti MDXLIX. a dì XXVI. Febraio. 8. *fol.* 44. *In Biblioth. Dominicanor. Venet. olim* Ap. Zenii.

Al magnifico & ſuo molto honorat. Meſſer *Aldigieri* della *Caſa*.

Avendo io conoſciuto per prova in molti modi la nobiltà dell' animo voſtro = venutami alle mani la preſente comedia compoſta già dal Reverendo & molto virtuoſo M. *Agnolo Firenzuola*, ò voluto mandarla a voi = & mi vi raccomando inſieme col noſtro gentiliſſimo M. *Marco Antonio Paſſero*. A 26. Febbraio 1549. di Fiorenza

Affezionatiſs. voſtro
Lodovico Domenichi.

MDXLIX. XXV. Maii.

Apuleio dell' Aſino d' oro. Tradotto per M. Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Firenze per i Giunti MDXLIX. 8. *fol.* 330. *ex utraque parte numerata*.

Al molto Magnifico & nobiliſſimo Sig. *Lorenzo Pucci*.

Meſſer *Agnolo Firenzuola*, il quale, come voi ben ſapete, vivendo, fu uno de' più belli, & de' più arguti ingegni, che abbia avuto la Città noſtra, già parecchi anni ſono, ſcriſſe di molte e belle coſe, le quali doppo la ſua immatura morte ſon pervenute in mano di diverſe qualità di Vomini = Meſſer *Girolamo Firenzuola* ſuo fratello = quaſi tutte le coſe, che oggi ſi ſono impreſſe = amorevolmente à pubblicato = Et fra le molte leggiadre ſcritture, che di lui ſi ſono avute, una ce n' è ſtata, la quale dal medeſimo Autore fu

ſempre giudicioſamente = tenuta cara = Queſta è = la preſente edizione di Apuleio = vero è che in queſta traduzione ſi è trovato mancare alcune carte in diverſi luoghi; nè ſi ſa per cui difetto, le quali dall'eccellente, e mio molto virtuoſo e cariſſimo amico meſſer *Lodovico Domenichi* ci ſono ſtate ſupplite, &c. A dì 25. Maggio 1549. in Firenze.

Il voſtro affezionatiſſimo *Lorenzo Scala.*

Quum ſupra relatam huius anni editionem videre non potuerimus, uſi ſumus altera eiuſdem Operis Iuntarum *editione Anni* MDCIII, *quae exſtat in* Marucelliana, *ad inſtar primae efformata. Dubitat tamen validiſſimis argumentis Cl.* Apoſtolus Zenus *in Addition. ad Biblioth. Eloq. Italic.* Iuſti Fontaninii, *Venetiis apud* Io. Bapt. Paſqualium MDCCLIII. *Tom. II. fol.* 159. *editionem hanc numquam exſtitiſſe, non data, neſcio qua de cauſſa, publici iuris faciendi venia. Prima igitur huius Operis editio illi videtur Veneta apud* Gabrielem Iolitum MDL. *in* 12. *Pone ſequuntur* Iuntinae *duae An.* MDXCVIII. MDCIII.

MDXLIX. Iulii XX.

La Vita di Sforza valoroſiſſimo Capitano, che fu padre del Conte Franceſco Sforza Duca di Milano, ſcritta per Monſignor Paolo Giovio Veſcovo di Nocera, & tradotta per M. Lodovico Domenichi.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti MDXLIX. 8. *fol.* 64. *Adeſt tam in principio, quam in fine ſolitum emblema. In* Magliab.

All' Illuſtriſs. Signor *Muzio Sforza* Marcheſe di *Caravaggio Lodovico Domenichi*.

Tanto è il deſiderio, che io ò di piacere, & di ſervire a V. S. = avendo io = letto la Vita di *Sforza* Capitano valoroſiſſimo, & progenitor voſtro, ſcritta elegantemente in latino = da Monſig. *Paolo Giovio* = ò voluto ridurla nell' idioma noſtro &c. A dì xx. di Luglio MDXLIX. Di Fiorenza.

MDXLIX. Novembris XXIV.

L' Aſino d' Oro di Niccolò Machiavelli, con alcuni altri Cap. & Novelle del medeſimo, nuovamente meſſi in luce, & non più ſtampati.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti MDXLIX. 8. *fol.* 64. *In* Magliab.

Al Molto Mag. & Eccellente Dottore M. *Marino* de *Ciceri*.

Eſſendo voi ſtato autore, che queſti bei Capitoli di *Nicolò Machiavelli* uſciſſero delle tenebre, ove ſono ſtati lungo tempo ſepolti, confortando a ciò fare il Reverendo M. Guido ſuo figliuolo, dalla cui umanità ſi riconoſce queſto beneficio, mi è paruto conveniente che = portino con eſſo loro la luce del voſtro nome = Trovammo poi, oltre l' Aſino d' Oro, che fu laſciato imperfetto, cinque altri ingenioſi Capitoli, compoſti in diverſi ſoggetti = i quali = aſſai ſi lodano da ſe ſteſſi, baſtando ſolo il nome dell' Autore illuſtre a illuſtrargli = Et perchè la ſua Novella del Demonio

che preſe moglie, non andaſſe ſola, l' abbiamo voluto accompagnare a queſte coſe, e reſtituirla, come coſa propria al factor ſuo; acciocchè come parto abandonato, non foſſe (come gia non ſo chi s' à penſato di fare) proſontuoſamente uſurpata da perſona, ch' ama farſi onor degli altrui ſudori, quel che ſi è viſto fare di alcune altre coſe del *Machiavello* = & ricordatevi quel, che ſolete, di amarmi, raccomandandomi infinitamente a Voi ſteſſo, & al Magnifico, & Nobiliſs. M. *Antonio* di *Bona*. Di Fiorenza il dì 24. di Novembre 1549. *Tam in principio quam in fine videre eſt* Iuntarum *emblema*, *ſerpens ſcilicet e vepribus*, *emergens*, & *ſupra lilium reptans*, *adſcripto ex utroque latere emblemate*, EXORIOR NOVVS.

MDXLIX.

La Coltivatione di Luigi Alamanni al Chriſtianiſſimo Re Franceſco primo.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti. M. D. XLIX. 8. *fol.* 104. *In Feſul. Tam in principio*, *quam in fine lilium viſitur cum ſerpente inter vepres emergens*.

Alla Sereniſſima Madama la Dalphina Luigi Alamanni. *Data in Fontanebleo il giorno* XXIIII. *di Giugno* M. D. XLVI.

MDXLIX.

Le Rime di M. Agnolo Firenzuola Fiorentino.

In Fiorenza appreſſo Bernardo Giunti M. D. XLIX. 8. *fol.* 136. *In* Marucell. *Tam in prima*, *quam in ultima pagina adeſt lilium cum ſerpente*, *ut ſupra adnotavimus*.

Al ſuo molto honorato & gentile Meſſer *Franceſco Miniati Lorenzo Scala*, *ubi haec notanda*: Mi erano venute alle mani queſti meſi paſſati le Proſe, e le Rime di = *Agnolo Firenzuola*, le quali = doppo la morte del loro Padre = erano tutte mal condotte. Perchè avendo io loro compaſſione, alla quale mi obbligava l' amicizia, ch' ebbi col Firenzuola, poſi ogni cura = ch' elle ritornaſſero alla loro bellezza = ci baſterà per ora poter goder quei frutti del ſuo ingegno, che la ſorte, e l' amorevolezza del ſuo buon fratello M. *Girolamo*, e di alcuni altri Gentiluomini ci à fatto venire in mano ec. A dì primo di Dicembre M. D. XLVIII. in Fiorenza.

MDL. Ianuarii XI.

Libro della hiſtoria de' Romani di Seſto Ruffo huomo Conſolare a Valentiniano Auguſto, tradotto per lo illuſtriſs. Sig. Conte d'Averſa il S. Don *Gio. Vincentio Belprato*.

Subiicitur Iuntarum *emblema*, *lilium inter vepres & Annus* MDL. 8. *fol.* 44. *In Biblioth. Dominicanor. Ven.* Ap. Zeni.

Alla illuſtre & valoroſa Signora la S. *Vittoria Capanna*.

Eſſendo io certiſſimo &c.
Alli XI. di Gennajo MDL. di Fiorenza.

Affezionatiſs. ſervo
Lodovico Domenichi.

In eodem volumine pag. 45. *ſequitur abſque ulla numeratione inſequens titulus*. L'Aſioco overo Dia.

logo del diſpregio della morte di Platone, tradotto per l'illuſtriſs. S. Conte d'Averſa il S. Don Gio. Vincentio Belprato.

In Fiorenza appreſſo *Bernardo Giunti* MDL. 8. *Ibid.*

All'Illuſtr. S. Conte d'Averſa il Sig. *Vincentio Belprato.*

Poichè la ſicurtà che mi dà l'affezione dell'animo mio &c.

A dì primo di Febraio MDL. di Fiorenza.

Obb. Servitore
Lodovico Domenichi.

MDL.

La Sporta Comedia di Giovan Batiſta Gelli Accademico Fiorentino.

In Firenze appreſſo Bernardo Giunta MDL. 8. *fol.* 41. *In Biblioth. Dominicanorum Venet. Tam in principio, quam in fine repetitur inſigne* Iuntarum.

All'Illuſtriſs. S. & M. R. Don *Franceſco* di *Tolledo* Signor ſuo Oſſervandiſs.

Le molte & rare virtù, illuſtr. & molto R. S. mio, che per fama ò ſempre udito riſplendere in V. S. R. non meno atte forſe ad illuſtrare la ſua nobiliſſima Caſa di *Toledo*, che ſi fia quella a nobilitare V. S. R. & l'oneſto e lodevole amore appreſſo, ch'ella dimoſtrò portare ai virtuoſi componimenti Toſcani, e particolarmente della lingua Fiorentina = il giorno, che preſente lei,

leſſi la mia Sporta all' Eccellenza del Duca di Firenze mio Illuſtriſs. S. & liberaliſſimo padrone moſſero & accęſero di maniera l' animo mio di acquiſtare la ſervitù di quella, che io ò ſempre deſiderato inſieme, & cercato del modo di farli conoſcere apertamente qual' elli è ec.

Di Firen. il dì 15. Feb.

Gio. Battiſta Gelli
Accademico Fiorentino.

MDL.

Berni Franceſco ed altri Opere Burleſche Libro primo. Fiorenza Giunta MDL. 8.

Si aggiungono.

Berni Franceſco ed altri Opere Burleſche Libro ſecondo. Fiorenza Giunti, MDLV. 8. *Biblioth.* Pinell. *Tom. IV. pag.* 313.

EDITIONES IVNTINAE DVBIAE.

MCCCCXCVI.

Λουκιανοῦ Σαμοσατέος Διαλόγοι.

Luciani Samoſatenſis Dialogi.

Ε'ν Φλορεντίᾳ ἔτει χιλιοςῷ τετρακοσιοςῷ ἐνενηκοςῷ ἕκτῳ.

Florentiae anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto. *fol. pag.* 262. *In Bibliot.* Riccard. *in membrana nitidiſſima, & picturis pulcherrimis exornata.*

Hanc Luciani *Operum editionem principem* Philippo Iuntae *tribuunt* Maittairius *Annal. Typogr. Amſtel. apud* Petr. Humbert MDCCXXXIII. 4. *Tom. I. pag.* 65. *not.* 1. Crevenna *in Catal. ſuae Biblioth. Tom. IV. pag.* 227. Bure.

MD. circiter.

Plauti Comoediae. 8. *Abſque ullo anni & typographi indicio. Hanc editionem* Philippo Iuntae *tribuit* Eduardus Arvood *in Libro, cui titulus*: Pro-

ſpetto di varie edizioni degli Autori Claſſici Greci, e Latini &c. corretto e accreſciuto da *Maffeo Pinelli*. In Venezia per *Carlo Paleſe* MDCCLXXX. 8.

MDIV.

Xenophontis Paedia de venatione &c. 8. *Maittaire* Annal. Typogr. Tom. II. pag. 168.

MDV.

Petri Criniti Poematum Libri duo, ſine loco & anno.

Sunt autem iiſdem Iuntarum *typis impreſſi, quibus alia* Criniti *Opera a* Iunta *per id tempus impreſſa in lucem prodierunt.* 4. *min. Conſtat fol.* 38. *In Feſulano meo. Praecedit ut in poſterioribus editionibus Epiſtola ita inſcripta: Luceius Veronenſis* S. D. *Petro Bembo* Patricio Veneto viro clariſs. *Inc.* Miſit ad me ſuperioribus menſibus *Cotta* noſter Poemata *Pet. Criniti* &c.

MDVIII. circiter.

Flores Poetarum non minus iucundiſſimi, quam utiliſſimi pro inſtruendis pueris in primis lectionibus.

Sancti Baſilii de liberalibus ſtudiis & ingenuis moribus Liber per Leonardum Ar. ex graeco in latinum converſus.

4. *min. oblongo. Conſtat foliis* 28. *in Feſul. In fine reticetur nomen loci, impreſſoris, & anni, ſed litterarum typi cum iis* Io. Gerſonis, *anni* M.

D. IX. *de quo in Annalibus mentio ſit, comparati, iidem omnino ſunt. In calce Libri ſubiicitur hoc monitum* = Lector offendes interdum labeculas quaſdam & errores minutulos in his floſculis; vix enim fieri poteſt, ut non talia interveniant. Quapropter ſubnotavimus maculas omnes emaculatas ex ordine chartarum &c. ſi qua etiam, praeter haec, mendoſa, Lector, invenies, quae properantes oculos noſtros ſubterfugerint, ea pro tuo iudicio emendabis.

MDVIII. circ.

M. T. C. De Officiis Libri tres.
De Amicitia Liber unus.
De Senectute Liber unus.
Item Paradoxa eiuſdem.

8. *in membrana. In Biblioth. Dominicanor. olim* Ap. Zenii *Venetiis. Eſt ſine loci, anni, & Typographi nota; ſed Cl.* Apoſtolus Zenus *e* Iuntarum *officina hanc elegantiſſimam editionem prodiiſſe autumat, ut mihi per litteras ſignificavit Fr.* Dominicus Maria Pellegrinus *eiuſdem Bibliothecae eruditiſſimus Praefectus.*

MDX. XIX. Kal. Aug.

Iuſtini Hiſtoria ex Trogo Pompeio quatuor & triginta Epithomatis collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor in decem Titi Livii Decadas. Sexti Ruffi Conſularis Viri ad Valentinianum Auguſtum de Hiſtoria Romana Opus. Nerva Cocceius ex Dione Graeco per Georgium Merulam Alexandrinum. Traianus Nerva ex Dio-

ne Graeco. Conflagratio Veſaevi montis per ſupradictum Merulam. P. Victoris de Regionibus Vrbis Romae Libellus unicus.

Impreſſum fuit hoc opus Anno Domini. M. CCCCC. Decimo. Nono Kalen. Augusti. 8. *ſine loco & Typographo, ſed apud* Iuntam Florentiae *fuiſſe impreſſum contendit* Petrus Ant. Crevenna *in Catal. ſuae Biblioth.* (1) *Tom. V. pag.* 44. *his verbis*, „ Cette édition a été faite ſur la correction de „ *Sabellicus*, & procurée par *Auguſtin Becharius*, „ qui aſſiſtoit a l'Imprimerie de *Giunta*; c'eſt „ pourquoi nous l'attribuons hardiment a *Giunta*, „ d'autant plus qu'elle porte ſur l'intitulé la fleur „ de Lis, qui étoit ſa deviſe. Elle eſt encore „ moins connue & plus rare que la précédente „ (*ideſt eiuſdem anni tertio Kal. Febr.*) *Maittaire*, „ & *Fabricius* l'ont ignorée „ *Nunquam vidi hanc editionem, nec facile crediderim ex officina* Iuntarum *profluxiſſe. Ex* Iuntinis *Libris, quos poſſideo Lilii emblema, quod duo pueruli ſubſtentant, primum in editione* A. Gellii *noctium Atticarum deprehendi* Philippum Iuntam *uſurpaſſe; praeterea numquam mihi innotuit* Auguſtinum Becharium *inter cenſores librorum a* Iuntis *editorum exſtitiſſe.*

---

(1) *Inſcribitur*: Catalogue raiſonné de la collection de livres de M. Pierre Antoine Crevenna, negociant à Amſterdam Vol. VI, *ubi habetur*: Liſte Chronologique des éditions des Giunti répandues dans cette collection.

MDX.

M. T. Ciceronis de Officiis Libri III. De Amicitia Liber unus. De Senectute Liber unus. Item Paradoxa eiuſdem.

8. *In pergamena impreſſus, conſtat fol.* CXXV. *Venet. in Biblioth.* Apoſtoli Zeni *ſupra memorata. Haec editio iudicio eiuſdem cl.* Zeni *anno circiter* MDX. *ex* Iuntarum *Typographia prodiit.*

MDXII. X. Iunii.

Martialis.

Die X. Iunii MDXII. *Eſt ſine loci & Typographi nomine.* 8. *fol.* 189. *Vltima pagina, quae annum praeferebat, deficit in exemplari, quod mihi monſtravit Cl.* Aloyſ. Tramontanius. Crevenna *in ſuo Catalogo ſupra cit. hanc editionem tribuit* Philippo Iuntae, *quod ego non auſim adſirmare, licet characteres non abſimiles* Iuntinis *videantur.*

MDXII. XIV. Sept.

Florentia obvians (Poema heroicum)

8. *Conſtat foliis* 4. *ſine loci, anni, & Typographi indicatione. In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *Typis* Iuntarum *curſivis, ut vocant, impreſſus eſt Liber. Viſitur in prima pagina ſtemma* Ioannis Cardinalis dicei, *adſcripto emblemate* ſemper, *& in inferiori eiuſdem paginae margine legitur* = Tandem patientia vicit = *In averſa autem pagina occurrit bre-*

vis Epiſtola. Fratris *Ambroſii Furtati* de Toleto Hiſpani, Ordinis Eremitarum S. *Auguſtini* ad Reverendiſſ. Dominum D. *Iohannem* de *Medicis*, tituli S. *Mariae* in Dominica Diaconum Cardinalem Bononiae, & Exarchatus Ravennae, ac totius Romandiolae Legatum a latere meritiſſ. *Inc.* Quum duo maxime ſint &c.

Poematium inc.

Muſa, precor, reſides calamos, & perdita tandem.
Plecta refer &c.

Legitur in fine Epigramma I. B. Madalii *Poetae Cortonenſis*, & *Diſtichon* M. Antonii Extranei.

MDXIII.

M. T. C. De Amicitia Lib. I. De Senectute Lib. I. Item Paradoxa eiuſdem. 8.

Eſt ſine Praefatione, & indicatione loci, & typographi. In Biblioth. Dominicanor. olim Ap. Zeni *Venetiis.*

MDXIV. circiter.

Plutarchi Oratio conſolatoria ad Apollonium.
Demoſthenis Athenienſis Rhetoris Orationes.
Olynthiacae III. praevia Libanii hypotheſi.
Eiuſdem contra Philippum Oratio prima, praevia item Libanii hypotheſi.
Eiuſdem de pace Oratio, praevia, ut ſupra, hypotheſi.
Lyſiae ſuper Eratoſthenis *Φόνου* Apologia.
Iſocratis ſermo de pace.
In fine legitur: *τέλος τȣ περὶ τῆς εἰρήνης λόγȣ ἰσοκράτους.*

Deeſt loci & typographi nomen, ſed ex Iuntina *Typographia librum hunc prodiiſſe anno circiter* M. D. XIV. *conſtat, eo quod titulus exornetur eadem porta in ligno eleganter inciſa, quae occurrit in* Plauto *ſupra deſcripto anni* MDXIV. *menſe Aug. & in* M. T. Ciceronis *Epiſtolis ad* Atticum *eiuſdem anni menſe Novembri.* 8. *In Feſul. Conſtat foliis* 95.

MDXV. XIX. Menſis Martii.

Exequiae Illuſtriſ. Iuliani Medices Ducis Nemurtii Ro. militiae imperatoris ſubitario Carmine celebratae.

4. *Fol.* 4. *ſine ulla Typographi, & anni indicatione, ſed rotundis, quibus* Ph. Iunta *utebatur characteribus impreſſus eſt Liber. In Biblioth.* Aloyſ. Tramont.

Prima pagina ornatu ligneo decorata, ſupra relatum titulum exhibet, ac Mediceum *ſtemma ſex diſtinctum pilis, cum tribus ſuperne plumis. Includitur autem in lauri trunco, in orbem redacto. In averſa vero pagina brevis Epiſtola legitur ita inſcripta:* Ambroſius Nicander *Toletanus Illuſtriſ. Principi* Laurentio Medicae *Florentinae militiae Imperatori in tanto moerore ſolamen.*

Inter lacrymas, interque mei turbati animi tumultus &c. Florentiae die XIX. *Martii.* M. D. XV.

Tum ſequitur Carmen Ambroſii Nicandri, *cui titulus: Ctereiſmaticon. Cum eodem Libello alter adligatus eſt, iiſdem expreſſus litteris, abſque ulla ſignatura, folior:* 4. *Inſcribitur autem ſic.* = Ad praeſtantiſſimum Virum D. *Benedictum Accoltum, Alexandri Roſſelli* Silvula, cui titulus *Fortuna.*

Subſequitur item eodem charactere alius Liber folior. 12. inſcriptus. Salus Italica, *cui adiiciuntur Carmina.* I. *Ambroſii Nicandri.* II. *Bernardi Braccii.* III. *Alexandri Roſſelli.* IV. *&c. Inter haec occurrit Epitaphium* Alexandrae Schalae.

MDXVI.

Lauretum.

Sine loco & anno, ſed Florentiae, retundis Iuntarum *characteribus impreſſus, licet non adpareat 4. fol. 24. in Biblioth.* Aloyſ. Tramont.

In prima libri pagina repraeſentatur in tabula lignea infiſus Apollo *ad lauri umbram cytharam pulſans, corona laurea caput redimitus, novem Muſis in hemyciclo adſidentibus circumſeptus. Laurus ipſa in modum trophaei appenſum habet arcum, & tela Apollinea; ſuperne autem Phoenicem e propriis cineribus renaſcentem. In huius autem tabellae ambitu laureis ramis contexto, ſtemma* Mediceum, *ſex pilis conſtans, ex utraque parte includitur. Superne vero in faſciola litteris maioribus adſcribitur libri titulus ſic:* Lauretum; *inferius autem annulus adparet cum tribus plumis, adpoſito emblemate* ſemper.

In averſa pagina legitur: Clementis Bancotii *Fighinenſis ad Magnificum* Laurentium Medicem *Phaleucium, quod inc.*

Laurens delitium orbis, & Leonis &c.

Mox ſequitur epiſtola collectoris ita inſcripta: Severus Minervius *Spoletanus* Magnifico Laurentio Medici *Secundo, in qua inſtituti ſui rationem reddit.*

Auctores carminum ſunt qui ſequuntur: Madalius Corton., Barptol. Reguleus, Severus Minervius, Clemens Bancotius, Andreas Datius, Ludovicus

Alamannus, Tanais Nerlius, Antonius Nerlius, Donatus Iannotius, Severus Minervius, Petrus Franc. Portinarius, Chriſtophorus Serniſius, Alexius Lapaccinus, Gaſpar Fighinenſis, Franciſcus Zeffius], Carolus Vivianus, Auguſtinus Faventinus *Ord. Servor.*, Baſilius Lancillottus *Ord. Serv.*, Vgolinus Verinus, Alexànder Roſſellus, Laurentius Ripomarancius. *Tandem clauditur haec rariſſima collectio Epiſtola* Caroli Aldobrandi *ad* Laurentium Medicem, *in qua notanda ſunt haec verba ad ipſum.* = *Severus Minervius*, homo, ut ſcis, non minus doctus, quam ſtrenuus praeſtare conatus, hoc ipſo tempore alioqui ocioſus, ex variis Muſarum lucis *Lauretum* congeſſit. Quod quidem, non frondibus, aut baccis, ſed multis tuarum laudum praeconiis perpetuo vireat, ſitque aeternum, cum ingenii, fideique ſuae, tum vero amplitudinis tuae ac gloriae poſteris monumentum = vale, Patrone optime, tuoſque *Minervium*, & *Aldobrandum* tui nominis ſtudioſos, benigno felicitatis ſinu exceptos felix complectere.

MDXIX.

Hecuba Tragedia di Euripide Poeta Greco, tradotta in lingua volgare per Giovanbatiſta Gelli.

8. *fol.* 27. *ſine anni, loci, & typograghi indicio ſed* Iuntinis *characteribus impreſſa videtur, quum ad amuſſim concordet cum iis, quibus Arcadia* Sannazzarii *prodiit ſub hoc eodem anno die* XXIX. *Aprilis.*

Giovanbatiſta Gelli à *Philippo del Migliore* Patritio Fiorentino S.

E' laudabil conſuetudine degli antichi, & moderni ſcrittori, *Philippo* amantiſſimo, quando anno fatto qualch' Opera, ſotto qualche nome mandarla in luce. = Avendo io una Tragedia di *Euripide* di greco in latino da *Eraſmo Roterodamo* converſa, *Ecuba* intitulata, nella noſtra vulgar lingua tradotta, ò voluto ſotto il tuo nome eſca in luce, perchè ſe io deſidero a qualche amico mandarla, io te ſopra tutti gli altri ſtimo, il quale per tua umanità, di perfetta amicitia, meco ti ſei conlegato; di perfetta dico, perchè neſſuna altra origine à avuta, che per avere inſieme felicemente ſotto la inſtituzione di *Antonio Francini*, come ſai, agli ſtudi dato opera = vale, & vivi lungamente a me, & agli altri amici tuoi.

MDXXXIX. menſe Iulii XIV.

Rime de la Diva Vettoria Colonna de Peſcara inclita Marcheſana, nuovamente aggiuntovi XVI. Sonetti Spirituali, & le ſue ſtanze con maſſima diligentia reviſti, ne in luogo alcuno per l'adrieto ſtampati.

In Firenze M. D. XXXIX. del meſe di Luglio. *In fine autem legitur*: Stampiti ad inſtantia de *Niccolò* d' *Ariſtotile*, detto il *Zoppino* da Ferrara. 8. *Paginarum numeratione caret, quae ſunt* 48. *ex una parte numeratae.*

MDXXI. circiter.

Riſpoſta alla Epiſtola del Triſſino delle lettere nuovamente aggionte alla lingua volgar Fiorentina.

4. *fol.* 29. *In Biblioth.* Aloyſ. Tramont. *I. C. Deeſt annus & nomen Typographi, ſed iiſdem typis impreſſus eſt Liber, quibus prodiit ex* Iuntina *Typographia* Chriſtophori Marcelli *Opus de Auctoritate Summi Pontificis ſuo loco in Annalibus deſcriptus ſub An.* MDXXI. *menſe Iunio. Praecedit Epiſtola inſcripta*; Al Reverendiſſimo Signore S. Cardinale de' *Ridolphi, Lodovico Martelli.*

MDXLVI. Menſe Iunii XVIII.

Il primo Libro delle Lettere di Niccolò Martelli.

In Fiorenza a dì XVIII. del meſe di Giugno. 4. *fol.* 91. *In* Marucell. *ſine typographi nomine, ſed ex comparatione characterum cum iis, quibus Italicos eius, &* Aloyſii Alamanni *Rhythmos impreſſit, hunc quoque librum ex eadem* Iuntarum *officina prodiiſſe clariſſime patet. In Libri fronte auctoris effigies occurrit in ligno elegantiſſime inciſa, adpoſita inferius Anno* MDXLVI.

ADDENDA.

Pars I. pag. 6.

MCCCCLXXXXVI. pridie Kal. Auguſti.

Officium Beatae Virginis Mariae ſecundum , conſuetudinem Romanae curiae.

Impreſſum Venetiis iuſſu ac impenſis nobilis viri Lucae Antonii de Giunta Florentini, arte autem Ioannis Emerici de Spira, anno a Nativitate Domini MCCCCLXXXXVI. pridie Kal. Auguſti. *In 16. Extat in membrana Lucae in ſelectiſſima Bibliotheca Cl. V. Fr.* Aloyſii Baroni *Ordinis Servorum B.* Mariae *Virginis*.

P. I. p. 13.

MDXVIII. XII. Februarii.

Commentaria Aegidii Romani, Marſilii Inguen, & Alberti de Saxonia in libros de generatione, & corruptione Ariſtotelis cum textu intercluſo.

Venetiis, Lucas Antonius de Giunta Florentinus. MDXVIII. die XII. Menſis Februarii. *In Fol.*

Catal. Crevenna. *Amſt.* MDCCLXXXIX. *T. II. p.* 50. *n.* 1566.

P. II. p. 164.

MDXXI. XXII. Ian.

Libro da Compagnia nuovamente impreſſo & con ſomma diligentia corretto.

Impreſſum Florentiae per heredes Philippi Iuntae. Anno Domini. M. D. XXI. die XXII. menſis Ianuarii Leone Decimo Pontifice maximo. 4. *pag.* 111. *In Biblioth.* Aloyſii Tramontani *IC. Flor.* (1) *In prima pagina ſupra titulum relatum adpoſita eſt imago Chriſti Crucifixi in ligno non ineleganter inciſa. In fine adeſt lilium inter duos puerulos, inſigne Iuntarum.*

P. I. p. 14.

MDXXVII. Menſe Ianuario.

Triompho di Fortuna di Sigiſmondo Fanti Ferrareſe.

Venegia, per Agoſtin da Porteſe ad inſtantia di Iacomo Giunta Fiorentino. MDXXVII. nel meſe

---

(1) *Vidi apud eumdem clar. Iuriſconſultum aliam eiuſdem Libri editionem, cui titulus* = Libro da Compagnia nuovamente impreſſo, & con ſomma diligentia corretto, & di nuovo agiuntovi alquanti devoti ſermoni, & divotione. Florentiae apud Iuntas MDLII. 4. *Conſtat pag.* 96.

di Genaro. *In fol. Catal.* Crevenna. *Amſt.* MDCC. LXXXIX. *T. II. p.* 131. *n.* 2073.

P. II. p. 219.

MDXXVIII.

Pedacii Dioſcoridae Anazarbei de medica materia libri VI. a Marcello Virgilio Secretario Florentino latinitate donati cum eiuſdem commentationibus.

Florentiae, per haeredes Philippi Iuntae. MD. XXVIII. *In fol. Cat.* Crevenna. *Amſt.* MDCCLXXXIX. *T. II. p.* 155. *n.* 2235.

P. I. p. 14.

MDXXXI.

Alberti Pii Carporum Comitis libri XXIII. in locos lucubrationum variarum D. Eraſmi Rot.

Venetiis, Lucas Ant. Iunta MDXXXI. *In fol. Cat.* Crevenna. *Amſt.* MDCCLXXXIX. *T. III. P. II. p.* 131. *n.* 5408.

P. I. p. 16.

MDXXXV.

Philoſtratorum opera, Calliſtrati deſcriptiones ſtatuarum.

Venetiis apud Iuntas. MDXXXV. *Graece in* 8. *Catal. Biblioth.* Nicolai Roſſii. *Romae in Typogr.* Pallearinianon. MDCCLXXXVI. *in* 8. *p.* 149.

P. I. p. 18.

MDXLIII.

P. Virgilii Maronis Opera cum Servii, Donati, & Aſcenſii Commentariis nunc primum ſuae integritati reſtitutis. Et quoniam Donati Commentaria in Bucolica & Georgica deſiderantur, *Io.* Pierium ſubſtituimus. Quae omnia exactiſſima cura nuper excuſa, emendatiora nunc exeunt, quam unquam prodierint. Venetiis apud Iuntas MDXLII.

Venetiis apud heredes Lucae Antonii Iuntae Florentini anno a partu Virginis M.D.XLII. menſe Ianuario. *In fol. pag.* 479. *cum figuris aliquot in ligno inciſis. Prolegomena folia implent* 8. *In Biblioth. Publica* Marucell.

P. I. p. 19.

MDXLVIII. Menſe Ianuario.

Sylveſtri Aldobrandini Iureconſ. Florentini, Vrbini Ducis Conſiliarii, in primum Inſtitutionum Iuſtiniani Librum Annotationes.

Venetiis in officina haeredum Lucae Antonii Iuntae Florentini. Menſe Ianuario. M.D.XLVIII. 4. *In Biblioth.* Aloyſii Tramontani.

Ad ampliſs. Cardinalem Ravennae *Benedictum Accoltum* Proemium.

Vidi ego quamplurimos, *Accolte* clariſſime, magnopere mirari ſolitos, quanam ratione fieri poſſit, ut quum Legum ſcientia, tam nobilis ac clara ſit, tam utilis ac ſalutaris, quumque Iureconſultis ſumma quotidie atque ampliſſima praemia proponantur, eorumque conſilio ac ſapientia Civitates ipſae, plerumque Regna, atque Imperia regantur, ac gubernentur, pauci tamen ſint, qui in ipſa excellant, atque inter innumerabiles Iuris Civilis peritos ſingulis aetatibus, vix unus, aut alter extiterit, cuius in hac ſcientia perfecta laus nomenque illuſtre fuerit, pauci mediocritatem ingenii ac doctrinae praetergreſſi ſint = Quum enim adhuc adoleſcens Iuſtitiae ſacris initiatus, undique Florentiae conquiſiſſem peritiſſimorum hominum Reſponſa, quae memoria digna mihi, tum reſpondentium auctoritate, tum rationum ſubtilitate atque elegantia videbantur, eaque diligentiſſima conquiſitione, delectu quodam habito, eorum

rum duodeviginti tunc volumina collegiſſem, accidit aliquando, ut orta quaeſtione aliqua, controverſiaque, eadem, in qua reſponſum olim fuerat, Iudicum oculis eorum aliquod obtulerim, ut perſpectis diligenter rationibus, argumentiſque eorum, auctoritati tantorum virorum, ſi non adquieſcerent omnino, at certe inniterentur; nonnulli eorum deſpexerint omnia, quod eſſent manuſcripta, nec dum in vulgus edita, quaſi, non Iuriſconſultorum doctrina ac ſapientia, ſed typographi manus, ſcriptis noſtris auctoritatem tribuat atque addat. = Quum autem ipſe iam annis XVII, e patriae gremio ereptus, non aliam ob cauſam, quamquod in propugnatione illa Florentina *Clementis* VII. hoſtis declaratus fuerim, atque in tanta rerum egeſtate ſeptem praeterea filiis maribus ornatus, atque oneratus, cuperem bona ea, quae ego mea induſtria quaeſiviſſem cum aliquibus eorum communicare, poſteaque fortuna me iis omnibus muneribus expoliaverat, quibus maiores mei propria virtute partis, ſeſe poſteroſque ſuos ornaverant atque honeſtaverant, curavi de tuo etiam conſilio, Praeſul ampliſſime, ut Petrus, & Ioannes filii maiores natu, ad iuris civilis ſtudia ſeſe conferrent, paucisque iam annis elapſis, dum tecum Ferrariae eſſem, coepi tunc, ut a me principia haec, & quaſi fundamenta huius ſcientiae perciperent, eos eodem ordine, qui a me explicatus eſt, docere: quod ego dum agerem, obſervavi atque animadverti locos complures a noſtris, praeſertim ab Accurſio, negligenter tractatos, & explicatos fuiſſe, aliquos vero, ne omnino quidem ſatis intellectos, eoſque omnes tunc paucis verbis, hoc eſt, rerum capita notaveram, ut eorum dumtaxat, uſque eo memoriam

conſervarem, dum filiis meis enodarem atque exponerem, quemadmodum etiam in commentarium mea manu raptim inordinateque poſtea ea retuli, quae Accurſii quoque interpretationes declarando perſequutus fueram. Quumque plane cognoverim quam laetos atque uberes fructus ex hac ipſa diſciplina, diſcendique methodo tulerint Petrus & Ioannes filii, qui ad eum doctrinae & eruditionis gradum brevi pervenerunt, ut iam non debeant cuiuſquam eiuſdem aetatis, laudi aut gloriae invidere, exiſtimavi dignum ingenio, moribuſque meis, qui ſemper omnes eos, quos potui, beneficiis ſum complexus, ſi tempus omne, quod mihi ab his moleſtiis atque operoſis negociis vacuum conceſſum eſt, in his locis explicandis conſumerem, ut adoleſcentes huius ſcientiae cupidi haberent, unde facilius, ac nullo prope negocio, quatuor hos Inſtitutionum Libros intelligere poſſent. Quum vero primum hunc Librum dare in vulgus atque edere conſtituerim (nondum enim per ocium licuit reliquos, qui propediem emittentur, emendare), hunc officii gradum erga te ſervandum eſſe arbitratus ſum, ut eos ampliſſimo nomini tuo dicarem. Tuo enim in primis beneficio, tuaque liberalitate factum eſt, ut dum Libros hos filiis meis interpretarer, caeperim haec, quae nunc eduntur a me, componere, ut ea quaſi tuo iure vendicare merito poſſes. Viſum eſt praeterea mihi praeclarum aliquod amoris in me tui teſtimonium poſteris relinquere, qui ineunte amborum adoleſcentia adeo charus tibi fuerim, ut a latere tuo diſcedere diutius me pati non conſueviſſes, eaque inter nos cum benevolentia & charitate eſſet coniunctio, ut plerique omnes exiſtimarent nos, non amore ſolum,

ſed natura quoque germanos eſſe. Quamquam vero *Petrus Accoltus* patruus tuus, ob ſingularem utriuſque iuris ſcientiam in ampliſſimum Cardinalium Senatus cooptatus, Romam te olim proficiſci iuſſiſſet; in tanta tamen locorum, temporum, ſtudiorum, ac fortunae disiunctione numquam factum eſt, ut vis illa amicitiae noſtrae refrigeſceret. Iam vero, liberata obſidione Florentia, quum ego quoque (ut antea dicebam) in acerbiſſimum illud exilium proiectus eſſem, ut mihi etiam locus habitandi circumſcriptus eſſet, tu Bononia Anconam revertens, dum per Aemiliam iter faceres, in tanta honorum fortunarumque magnitudine, in qua ſumma cum laude dignitateque verſabare, Cardinalis, Piceni atque Anconae Legatus, *Clementi* VII. ac *Caeſari* in primis cariſſimus, in ipſo tandem conſpectu & congreſſu noſtro me amplexus atque oſculans, afflictum ac iacentem maxima eloquentia conſolatus es, & graviſſimis atque ornatiſſimis verbis dolorem omnem, quo iuſtis tunc de cauſis ſaepe numero opprimebar, non levaſti, ac minuiſti ſolum, ſed univerſum prope exhauſiſti, multiſque verbis Forolivii in ſumma civium frequentia teſtatus es, quum nullo unquam maioribus iuſtioribuſque de cauſis tibi tantam fuiſſe familiaritatem ac conſuetudinem, & in me unum bonorum omnium propemodum laudes congeſſiſti, adeo vim illam priſtinam amicitiae noſtrae maximam apud te eſſe ſemper voluiſti. Quumque tua ſumma gratia potentiaque a *Clemente* VII. impetraſſet, ut tecum eſſe Anconae poſſem, fregerunt comune hoc utriuſque noſtrum deſiderium cives aliquot Florentini, tunc in ea civitate principes, qui mihi etiam omnibus opibus civilique potentia ſpoliato, inviderunt, ac

per eos (inquam) Praeſul ampliſſime factum eſt, ut in noſtra calamitate ſaepenumero & *Clemens* VII. & *Alexander Medices* paullo aſperiores & duriores viſi fuerint. At vero quum paullo anteaquam moreretur *Clemens*, Legationem illam tua tibi virtute beneficentiaque partam adimere voluiſſet, ut *Hippolyti* Cardinalis, & *Alexandri* Ducis rebus pariter conſuleret, nefariumque illud ſcelus, corruptis contaminatiſque per potentiam & largitionem familiaribus tuis, miniſtri eius & ſatellites orſi eſſent, me tandiu deſideratum Anconam accerſiſti: quo ego ſtatim ad te advolavi, ubi impetum illum omnem Pontificiae poteſtatis, atque etiam armorum incurſionem fregimus, compreſſimus, ac prope reſtinximus. Quo tandem vita perfuncto, periculorum omnium & inſidiarum, quae tibi intendebantur, ſocium ac comitem me eſſe voluiſti. Venimus tandem Romam, quo in loco me quaſi internuncio officia amiciſſimi viri ac ferme filii erga *Paulum* III. praeſtitiſti, qui meum etiam illud munus eſſe decreviſti tuendae tibi ac defendendae apud eumdem *Paullum* Legationis illius. Quo ego officio adeo diligenter atque amanter perfunctus ſum, ut cauſſam ipſam & litem facile, tuoque iure obtinueris, & ne magis vulnera illa tua refricare, quam amorem in te meum commemorare videar, mitto quid a me triſtiſſimis illis ac difficillimis tuis temporibus factum ſit, quum ſolus propemodum e tot proximis & familiaribus tuis vitam, dignitatem, ac fortunas tuas tutatus ſum. Ea enim res omnis notior eſt, & apud omnium aures pervulgatior, quam ut hoc loco referenda eſſe videatur. Quo tempore quum fortunis omnibus privatus, mihi tot, tantiſque incommodis propter exilium laboranti ſuccurrere

non valeres, ſuaſu eiuſdem *Pauli* III. ampliſſimos ab eo ſummoſque magiſtratus & poteſtates accepi, & obivi. Tandem aliquando, ut primum te reſpirare, & adverſis e fortunae fluctibus emergere intellexi, nihil mihi antiquius eſſe duxi, quam ut ſpe tantum priſtinae dignitatis atque amplitudinis recuperandae accerſitus abs te, ad tuum iocundiſſimum gremium, tanquam ad optatiſſimum nidum advolarem, ut iocundiſſima illa tua conſuetudine ac familiaritate perpetuo potirer: qua quidem adhuc fruerer, niſi Romam advocatus, demum Florentiam te recipere coactus fuiſſes, quo mihi venire non licebat, Ferrariae autem diutius permanere aëris intemperies prohibebat: eius enim coeli aſpiratio mihi quidem gravis ac peſtilens ſemper fuit. Quum itaque conſtituiſſem illuſtriſs. ac excellentiſs. Vrbini Ducis operam navare, eo etiam libentius idipſum mihi faciendum eſſe putavi, quia intelligebam, me neque tui amantiori cuiquam ſervire, nec amiciori operam dare potuiſſe: etſi illud quoque me impulit, ut ad hanc conditionem accederem, quod ea eſt Guidubaldi ſapientia, virtus & bonitas, ut mihi liberum ſemper futurum pollicerer, ſumma fide atque aequabilitate leges & iudicia adminiſtrare. Quo enim in loco ius ipſum liberius dicerem, quam apud eum principem, qui non ſolum a ſapientiſſimis maioribus ſuis traditam, ſed ſummo ac perpetuo ſtudio acquiſitam, non domi tantum educatam, ſed ſingulari cura atque induſtria excultam haberet aequitatis diſciplinam? cuius iuſtitia in populis adminiſtrandis, non tantum praeceptis, ſed operatione, non ſtudio, ſed exercitatione ab ineunte fere aetate contineretur? nam ceterae ipſius virtutes eae quidem non ſunt, quae, aut mente, aut cogitatione comprehendi,

aut oratione, ac voce facile explicari poſſint. Libenter igitur laetoque animo Librum hunc ſuſcipe, amoris in te mei perpetuum pignus ac teſtimonium. Quod quidem munus eo magis tibi debetur, quod & ipſe hanc iuris civilis doctrinam admirari ſoles, & videtur hoc proprium nominis, familiaeque tuae, ex qua tamquam ex equo Troiano permulti clariſſimi Iuriſconſulti extitere. Quod ſi quando etiam vacuum tempus nactus eris, commonefacias rogo Piſani gymnaſii Praefectos, illoſque hortare, ut hac via, hac ratione iubeant docere Iuris conſultos, quibus adoleſcentes traduntur inſtituendi. Spero enim brevi futurum eſſe, ut huius methodi quotidie uberiores ac pleniores fructus doctrinae ſentiant. Illud praeterea teſtari te velim, quando florentiſſimae illius Academiae ſtudiis nulla alia ratione prodeſſe poſſum, in qua ego quid olim profecerim ipſe vides, ne ingrati animi crimen ſubeam, videarque immemor collati ſemel in me beneficii, quod hoc ipſo primo Annotationum Libro fidelis animi memoriam conſecrandam eſſe duxi. Et ſi illum abs te probari ſenſero, Leliumque Taurellum lectiſſimum & ornatiſſimum virum haec noſtra (cuiuſmodi illa ſunt), non improbare ex te audivero, non tantum mature reliquas in quatuor Inſtitutionum, ſed breviores etiam in Digeſtorum Libros Annotationes, quae iamdiu in manibus ſunt, in lucem emittendas curabo.

Vale VIII. Cal. Decembris MDXLVII. Piſauri.

Idem opus mirifice auctum rurſus prodiit Venetiis apud Iuntas MDLXVII. *fol.*

P. I. p. 21.

MDXLIX.

Meſue, & omnia, quae cum eo imprimi conſueverunt pulchrioribus typis reformata, diligentiorique animadverſione emendata, & pluribus in locis reſtituta. Addita eſt Iacobi Silvii interpretatio canonum univerſalium ſimplicium, medicinarum, atque antidotarii, in quo & ponderum varietatem in margine annotavimus; & duo trochiſci Meſue, quae in manuſcriptis exemplaribus invenimus; & quaedam compoſitiones ex Galeno, quae nunc ab aromatariis in uſu habentur.

Venetiis, apud Iuntas. MDXLIX. *In fol. Catal. de la Biblioth. de M. le Duc de la* Valliere. *à Paris*. M. DCC. LXXXVIII. *P. II. T. II. p.* 292. *n.* 5693.

P. I. p. 36.

MDLVI.

Epiſtolae medicinales diverſorum Authorum Io. Manardi Ferrarienſis, Nicolai Maſſae Veneti, Aloyſii Mundellae Brixienſis, Ioannis Baptiſtae Theodoſii Bononienſis, & Ioannis Langii Lembergii.

Lugduni per haeredes Iacobi Iuntae. MDLVI. *In fol. Cat.* Crevenna. *Amſt.* M.DCC.LXXXIX. *T. II. p.* 213. *n.* 2594,

P. I. p. 38.

MDXCII.

Bened. Pererii Valentini e Soc. Ieſu adverſus fallaces & ſuperſtitioſas artes libri tres.

Lugduni ex officina Iuntarum. MDXCII. *In* 8. *Catal.* Crevenna. *Amſt.* MDCCLXXXIX. *T. II. p.* 65. *n.* 1592.

ERRATA QVAEDAM ITA CORRIGENDA.

Pars I. pag. 2. MCCCXXXII. *corrige* MCCCCXXXII.
pag. 7. MDXI. XIII. Aprilis. MD. Idibus Aprilis.
pag. 8. §. X. In Bibliotheca S. Eremi Camald. *delenda haec omnia.*
pag. 18. §. XXIV. Octobris. *dele.*

Pars II. pag. 33. Apuleii *Opera per errorem poſtpoſita reponenda ſunt pag.* 39.

BOSTON PUBLIC LIBRARY
3 9999 08611 654 6

he

Th
turn o
o'clock,
o'clock,
set in th
Every b
lar, be ret
October as
No book
be given out
there; nor c
Lower Library
in, the Upper l